




so wie alle

W. Rei.









MATTHAEI MEIERI  
ICTI BREMENSIS  
DE  
**ASSECVRATIONIBVS**  
**MERCATORVM**  
TRACTATVS  
DENVO EDITVS.



---

BREMAE  
E BIBLIOPOLIO SAVRMANNIANO.  
MDCC XXXIX.

MATTHAEI MEIERI

LETTI BREMENSIS

DE

ASCENDATIONIBAS  
MERCATORVM

TRACTATU

PICTO DICTA



X PIRIOTICO 3 1750  
MDCCCLX

CANDIDO FECIORI SALUTEM

BIBLIOTECARI

VIRIS

Magnificis, Nobilissimis, Amplissimis, Consul-  
tissimis, Prudentissimis

DOMINIS,

CONSVLIBVS, SYNDICIS

ET

SENATORIBVS

LIBERAE ATQVE IMPERIALIS REI  
PVBLICAE

BREMENSIS,

PATRIAEPATRIBUS SPECTATISSIMIS,

Inauguralem hanc Exercitationem  
consecrat

A V T O R.

PRO

CANDIDO LECTORI SALVTEM  
BIBLIOPOLA.

**E**x legitimo Commercii vsu maximam partem felicitatis Rerum publicarum pendere, satis constat: Ad hunc usum autem assecurations mercatorum plurimum conferre, nemo in dubium vocabit. Quare, cum viri, quorum eruditio toti orbi eruditio notissima, operae premium duxerunt, dissertationem hanc inaugura-lem, olim Basileae Anno post Christum natum MDCLXVIII. pro iure Doctoratus impetrando, à Nobilissimo viro MATTHAEO MEIERO Bremensi habitam, de nouo prelo subiiciendam dignissimam, lubens eorum voto ac mandato morem gerere volui. Lecturo tibi materiae dignitas ac elucidatio autoris satis superque se te commendabunt, ut verbis eam adornare superuacuum ducam, quoniam non eget hedera. Si labor meus tibi arriserit, plura adhuc supersunt, quae literis tradere, animus mihi est. Fruere interdum his si lubet, sin minus, saltem non irascaris.

PRO-



# PROLEGOMENA

de  
Laude Negociationis Maritimæ  
& Assecurationis in mercatura navalii  
necessitate.

**C**ommerciorum maritimorum quanta sit præstantia , quanta utilitas , quanta necessitas , vix aliquem latere existimo. Fateor quidem , Mercaturam in universum consideratam , & terrestrem & nautalem , eximiâ lauda non carere: id quod amplissimè Amplissimus Lubecensim Consul JOH. MARQUARDUS in politissimo suo opere de jure mercaturæ lib. I. c. I. 2. & 3. ostendit. Ipsam etenim commendat non tantum ejus antiquitas , de qua Magnus agit SALMASIUS ; in tract. de usur. c. II. sed & inventores atque excultores ejusdem insignem illi dignitatem conciliant. Vid. prælaudatum MARQUARD d. loc. c. I. à num. 18. ad num. 28. Quid, quod mercaturæ præstantiam non leviter adaugeat ejus cum sapientiæ & bonarum literarum studiis affini-

affinitas<sup>2</sup> de qua idem Autor d. c. 1. à num. 28. usque ad fin. cap Negare etiam nequeo, mercaturæ in genere spectatæ magnam esse utilitatem, magnam necessitatem. Nam, ut acutissimus Traj. BOCCALINUS: nell. cent. I. raggual. di Parnass. ragg. 55. Mercanti, inquit, sono huomini tanto fructuosi, tanto utili e. necessari al genere humano, il quale per la nobilissima industria di questi tali gode le delitie, nate ne' piu lontani paesi, h. e. Mercatores homines admodum fructuosi, admodum utiles & necessarii generi humano, quod per nobilissimam ipsorum industriam gaudet delitiis, natis in remotissimis regionibus. Add. MARQUARD. d. lib. I. c. 2. & 3. & CASP. KLOCKIUM de ærar. lib. II. c. 25. à n. 1. ad 12.

Verum utut hæc ita se habeant, asserere tamen haud vereor, quod Nautica commercia terrestribus multis parasangis antecedant. Illa quippe honestiora sunt, cum teste acerrimi judicii viro TULLIO, 1. de offic. mercatura tunc demum optimo jure laudari possit, si ex alto in portum, ex ipso portu se in agros possessionesque contulerit. Quod exemplo suo Regum sapientissimus declarat, qui imprimis rei navalii incubuit, & classem in remotissimas terras misit, quæ magnam auri, argenti, eboris, aliarumque pretiosissimarum rerum copiam indè apportaret; ut manifestum ex 1. Reg. IX. 26. 27. 28. X. 22. 2. Paralipom. VIII. 18. IX. 10. 11. Et sanè, si καλεπά τὰ καλὰ, seu ardua, quæ pulchra, maritima, ob tot tantasque quas sustinet molestias & labores, jure merito terrestri mercaturæ palmam præripit. Nam accinente Venusino Vate, odar. 3.

III

*Illi robur & as triplex  
 Circa pectus erat, qui fragilem truci  
 Commisit pelago ratem*

*Primus.*

Unde Nobilissimus Anonymus Scriptor *Le Conseil d'Estat part. I. cap. 42.* gravissime de eo queritur, quod minus honoris, quam fas est, negotiatio-  
 ni maritimæ in Gallia tribuatur: *Le commerce de la mer*, dicens, *est le plus util en un estat, & à quel on deuroit attacher plus d'honneur, que l'on ne fait par my nous, Car si en tous estats on a trouué bon de con- uier les subjects par des bien faicts, & de l'honneur aux actions plus penibles & hazardueuses, lesquelles pouuoient estre utiles au public, cellecy estant de cette qualité, l'on deuroit proposer & rendre plus d'honneur à ceux, qui s'en mesleroyent. Et si la Noblesse a pris son fondement du courage des hommes & de leur valeur; il n'y a vocation en laquelle il en faille tant qu'en celuy; l'on n'a pas à combattre les hommes seulement, mais quelque fois les quatre elemens ensemble, qui est la plus forte preuve que l'on puisse faire de la resolution d'un homme: i. e. Commercium maritimum est res utilissima in Republ. & cui major honor tribui deberet, quam inter nos communiter fit. Si enim in omni regimine utilissimum judicatum fuit, subditos præmiis & honoribus ad moleftissimas ac pericolosissimas actiones allicere, quæ publico bono prodesse possent; cum hoc ejusdem generis sit, plus honoris proponi atque exhiberi deberet illis, qui id excolunt. Et cum Nobilitas prima fundamenta naæta sit ex humana fortitudine & magnanimitate; nullus status est, in quo illa adeò*

adèo requiratur, atque in hoc; non enim pugnat  
tur solum contra homines, sed sàpius etiam contra  
ipsa quatuor elementa simul, quod certissimum ar-  
gumentum est, instructum quem esse animo im-  
perterritio.

Quid dicam? imò quid non dicam de commo-  
dis, quorum mercatura, quæ mari, quàm quæ ter-  
rà fit, longè plura in vitam humanam affert? Cùm  
enim non omnis ferat omnia tellus, sed sola Sabæa  
mittat thura; Palæstina balsamum; Zeilan cinna-  
momum; Insulæ Moluccæ cariophyllum; Calecu-  
tia piper: præstantissimum sal generetur in Cypro;  
saccharum in Madora; lana in quibusdam civitati-  
bus Hispaniæ & Angliæ; ebur in India; optimum  
frumentum in Polonia, Prussia & quibusdam Ger-  
maniæ provinciis: metalla præstantissima, ut cu-  
prum, ferrum, æs, proferat Suecia; stannum An-  
glia; sericum Persia: elaboratissima aulæa suppedi-  
tet Thracia; holosericum Genua & Neapolis;  
aureas texturas Mediolanum; & si quæ sunt alibi  
alia præstantiora & elaboratiōra: de quibus conf.  
THOMASO GARZONI nella piazza univers. di  
tutte le profess. del mondo, discors. 65. Cùm, in-  
quam, isthæc & simil. alicubi planè non absque na-  
vigiis, alibi faciliùs, celerius, fœcundiùs, atque mi-  
noribus sumptibus cum iisdem exportentur & im-  
portentur; nemo non videt, quantum maritima  
terrestri mercaturæ præcellat Hæc continentis  
terræ limitibus continetur; at illa ultrâ extremos In-  
dos & glacialem Oceanum se extendit. Hæc remo-  
tissimas gentes fœderibus atque amicitiis inter se  
jungit; illa saltē in eodem solo cohabitantes. Hoc  
etenim

etenim medio (ut oris verbis Doctiss. GEORG. HOR-  
NII *diff. Hist. Polit.* 10. §. 2.) Oriens Occidenti jun-  
gitur, & Boreas cum Austrō familiaritatem colit.  
Loquuntur id pacta illustria Unitorum Belgarum  
non tantum cum Regibus Galliæ, Angliæ, Sueciæ,  
Daniæ, Republ. Venetorum, aliisque Principibus  
finitimis; verum etiam cum Imperatore Turcarum,  
Rege Persarum, Magno Duce Moscoviaæ, plurimis-  
que Indorum Regulis. Loquuntur id variæ illæ  
immunitates & privilegia, quibus Reges Galliæ,  
Hispaniæ, Angliæ, Daniæ, Norwegiæ, & Sueciæ,  
Magni Duces Moscoviaæ, & Florentiæ, Duces Bra-  
bantiæ, cæterique Magnates, Societatis Hanseaticæ  
mercatores ornare, & ad se extra Germanici Impe-  
rii terminos invitare dignati sunt. Loquuntur idem  
regiones illæ atque urbes, quæ mercaturæ mariti-  
mæ beneficio divites, potentes, splendidæ atque ma-  
gnificæ evaserunt. Redeant in orbem Babylon,  
Ninive, Tyrus, Sidon, Rhodus, Corinthus, Mas-  
silia, Carthago: præsentes se fistant Genua, Londi-  
num, Antwerpia, Amstelrodamum, Gedanum, Lu-  
beca, Hamburgum, aliaque plures Civitates: con-  
fitebuntur, se commerciis navalibus si caruissent,  
nunquam ad eum gloriæ gradum penetraturos  
nuisse, ad quem feliciter penetrârunt. Negotiatio-  
nes maritimæ sunt illa fulcra, quibus amplissimum  
Magnæ Britanniæ ædificium sustentatur. Eadem  
sunt illæ alæ, quibus Magnus Hetruriæ Dux ad tan-  
tam potentiam elevatus est, ut nunc inter maximos  
Italiæ Principes numeretur. Eadem sunt illi hu-  
meri, quibus Veneti innixi ad tantas opes pervene-  
runt, ut Martialis ille Britannicus *lib. II. Epigr.* 210.  
de ipsis cantet:

B

Ut

*Ut mare non nisi aquæ, celum nihil est nisi stellæ:  
Sic sunt Venetiae nil nisi divitiae.*

Eædem sunt illa propugnacula, quæ Fœderatam Belgii Rempubl. salvam præstiterunt contra atrocissimos Hispanorum infuscos: id quod disertissimus Fam. Strada i. de bell. Belg. sub init. ipse fateri cogitur. Tu quoque dulcissima mihi Patria, Brema, nondum deposuisti, quantum opinor, memoriam illius temporis, quo, mercaturâ nauticâ apud cives tuos florente, tu ipsa insigniter floruisti. Quod si forte, præter exspectationem, illa secula oblivioni jam tradidisti, revocabo ea tibi in mentem non meis, (ne auribus tuis hæc dare videar) sed Clarissimi rerum Germanicarum Polyhistoris HERM. CONRINGII verbis: In Saxoniam, inquietis, acroam. 2. de Germ. Imp. Urb. p. m. 56. Bremæ potentiam indicant tres navales expeditiones, altera in Palæstinam (quæ à nonnullis perperam refertur in annum 1029.) altera in Lusitaniam circa annum 1142. victoriâ eruptæ Sarracenis Ulyssiponæ nobilis: tercia iterum in Palæstinam circa annum 1189. quo tempore laudabili Bremensium exemplo peregrinantium ægrorum suscepit cura, Teutonicum equitum, qui appellantur, ordini initium dedit. Cæterum & nostræ sententia subscribit præclarus Author de l'histoire du minist. du Cardin. de Richel. au tom. 2. l'an. 1631. p. 655. & 656. dans la Reflex. Polit. dum inquit: Si le commerce en general est ce, qui apporte plus de richesse dans les Royaumes, il est indubitable, que celuy de la Mer est d'autant plus considerable, que les gains, qui s'y font, sont extrêmes & pleins de Justice: à peine celuy, qui se fait sur la

la terre de quelque avantageuse condition qu'il soit,  
apporte-t-il quinze ou vint pour cent, encore n'est  
ce pas d'ordinaire sans commettre beaucoup d'actions,  
qui sont suspectes d'usure; Mais la Mer donne cent,  
& beaucoup d'avantage quelque fois, sans qu'aucun  
ait sujet de se plaindre: C'est le commerce maritime,  
qui a rendu les petits Etats considérables; & c'est  
luy qui donne des richesses immenses, aux plus grans,  
avec toutes sortes de commodités, &c. Commodam  
verborum horum translationem in Latinum ser-  
monem brevitatis gratiâ videat B. L. si volet, apud  
piâ memorâ Venerand. PREYELIUM in Minister.  
Richel. lib. VIII. c. 55. Quid multis porrò referam,  
quomodo maritima negotiatio non tantum homi-  
num salutem, verum & Dei gloriam aliquando  
promoverit? Videat, cui lubet, apud CALVISIUM  
in Chronol. sub ann. 1170. ADAM. OLEARIUM  
in der Persianischen Reise-Beschr. lib. II. cap. 9. Vit.  
LUDOV. de SEKKENDORF. compend. Hist. Eccles.  
lib. II. cap. 4. sect. 4. n. 14. quibus modis mercato-  
res Lubecenses & Bremenses in Livonia, occasione  
navigationis & mercaturæ ibi ab ipsis exercitæ, se-  
mina Christianæ Religionis sparserint. Mihi nunc  
sufficiet, in medium saltem attulisse paulò antè com-  
mendari CONRINGII testimonium, quo de Finib.  
Imper. Germanici. lib. II. cap. 29. cum Eruditissimo  
JOH. LÆTO compend. histor. univers. period. Ger-  
man. cap. 13. sect. 2. folis Bremensibus hanc laudem  
vindicat, cum: Primam, ait, (fundandi nim. Ger-  
manorum dominatum & plantandi Christianismum  
in Livonia) occasionem negotiatores Bremenses  
dederunt, qui circa annum MCLX. tempestate in

Dunæ fluvii ostium reiecti, cum vicinis Livis & commercia & in futurum pro mercandi libertate pacta quædam inierunt, eorundem consensu facello in Dunæ insula exstructo, quæ à re KIRCH-HOLM deinceps nuncupata est. Paulò post Menardus monachus à Bremensibus adductus, sparso rite divini verbi semine, cùm feliciter sacra Christiana propagâset, meruit ab ALEXANDRO II. Papa anno MCLXX. Episcopus gentis constitui, sede ad Dunæ ripam Uxkillæ ipsi attributâ. Facile esset, ex BOTERO *relat. 4. lib. III.* THUANO, *bistor. lib. I.* CAMPANELLA *de monarch. Hispan.* cap. 3I. aliisque multis hic cistendere, non tantum in Indiis, sed & alibi idem factum fuisse à Lusitanis, Hispanis, Anglis, Belgis; nisi methodi leges aliud efflagitarent.

Quodsi verò denique contemplemur, quām necessariæ bono publico sint maritimæ negotiaciones, eadem præ terrestribus brabæa quoque auferrent. Quis enim cum eloquentia Romanae Principe *lib. II. de natur. deor.* non fatebitur: *Navigationum cursibus suppeditari omnes undique ad vitam copia?* Quis cum excelsi ingenii viro ULIPIANO *lib. I. pr. de exerc. act.* non agnoscat, commercia fine navigationis necessitate, Rem autem publicam sine commerciorum florâ confistere hand posse? Quod in magna annonæ caritate expertus Imp. CLAUDIO, negotiatoribus certa lucra proposuit, suscepito in se damno, si cui quid per tempestates accidisset: & naves mercaturæ causâ fabricantibus magna commoda constituit. SUETONIUS *in vit. Claud.* c. 18. Hæc commercii maritimi necessitas Romæ nobile

nobile quondam mercatorum collegium instituit: hæc peperit illustre illud Fœdus Hanseaticum: hæc in Belgio protulit splendidas illas Orientales & Occidentales Indiæ Societates. Quare insignis ille Politicus DID. SAAVEDRA *Ideæ Princip. Chrift. Polit. symb.* 68. scitè admonet, se in illo Emblemate binas depinxisse naves, quæ poli essent hujus terrestris orbis, ut clarè subjiceret oculis, navigationem esse, quæ commerciorum usu terram sustentaret, ejusque dominia armis roboraret. Mobiles sunt, inquit idem, isti navium poli, sed in illa ipsa eorundem mobilitate Imperiorum consistit stabilitas. Vix ultra unquam fuit Monarchia, quæ iis quasi fundamentis innixa non fuerit: vid. d. loc. hac de re plura, à maximo Viro docte & summo cum judicio prolatæ.

Verùm enim verò quanto illustrior est præstantia, quanto excellentior est utilitas, quanto major necessitas mercaturæ Navalis præ Terrestri; tanto pluribus & gravioribus periculis, quæ maris casus appellat Tacitus lib. XV. annal. c. 46. præ hac illa exposita est. Veteris enim militiae accuratus commentator VEGETIUS *de re milit.* lib. IV. c. 39. testimonio suo comprobat, quòd lux minima, nocte prolixa, nubium densitas, aëris obscuritas, ventorum, imbrum, vel nivium geminata sèvitia classes à pelago sèpissime deturbent. Et Secundus Philosophus appositiè in sentent. navigium describit, quòd sit: *res fluctuans, domus sine fundamento, sepulchrum paratum, tabula quadrata, ventorum peregrinatio, volitans carcer, mors natitans, equus marinus, miscipula aperta, fluctivagum iter.* Palinurus quoque

apud HOMERUM illum Romanum, *Aeneid.* 4.  
cūm, ut se quieti daret, moneretur, respondit:

- - Menē salis vultum, fluctusque quietos  
Ignorare jubes? menē huic confidere monstro?

Possem ejusmodi plura ex D. HIERONYMO pre-  
fat. comment. ad cap. 25 *Esaï.* Seneca in *Med. act. 2.*  
Juvenali, *satyr.* 14. aliis, sine molestia producere,  
si non jam satis fuisse prolixus, adeoque nunc bre-  
vitati studendum esset. Duplex autem inter recenti-  
tas potissimum causa est, quae mercatum mariti-  
num ingentibus calamitatibus subjecit. Altera in-  
exorabilia maris naufragia: altera inevitabiles pira-  
tarum insidiæ. Latum mutandis mercibus (verba  
funt OVIDII t. *Trist.* æquor arantes dum per falla-  
cissimi ponti procellas *inopinato fortunæ impetu* vol-  
vuntur fortunas suas amittunt, ut loquitur strenuis-  
simus boni atque æqui propugnator PAPINIANUS  
*l. 4. in possess. legat.* Placidos quippe pelagi vultus  
puppibus visis Triton non raro exasperat, procel-  
larum impetu exarmatas naves & pretiosissimis mercibus  
onustas in brevia & Syrtes per vada occulta & infe-  
sta impellens. Quem etiam latet, quam periculosa  
sit mercantibus navigatio ob piratarum incursum?  
Sceleratissimi enim hi maris pulli, seu potius lupi  
& leones, profugas venantur carinas, atque easdem  
miserrimis modis non raro expugnant ac destruunt.  
Quod calculo suo approbat suprà laudatus JCtus  
ULPIANUS, l. 3. §. 2. de incend. ruin. naufr. ubi  
nos non minùs in mari quam in villa per latrunculos  
inquietari ac infestari, asserit. Quam deplorabilis  
autem sit navigationem ineuntium conditio, ob ha-  
sce piratarum invasiones, graphicè depingit facun-  
diffimus

diffimus QUINTILIANUS declamat. 9. his verbis:  
*Felix navingantium conditio, qui procellas modò, &  
 sevos tempestatis incursus, & albentes fluctibus sco-  
 pulos, aliaque pericula tantum maris pertulerint:  
 ego miser naufragis invideo, captus barbaris mani-  
 bus: nec tam nexus catenarum vincitus, quam ponde-  
 re, inundatum carcerem tuli, & vincula macie laxa-  
 vi; & quæ ibi porrò sequuntur.*

Hicce igitur tot tantisque malis & periculis ut  
 occurrerent quæstum maritimum sectantes, non  
 tantum societates navales bellicas, seu Admiralitates,  
 ut vocant, contra nequissimos piratas instituerunt,  
 pyxides nauticas & tabulas hydrographicæ excogi-  
 târunt; pharos, speculas, & ignes nocturnos, ad in-  
 dicandum portum tutuimque accessum, excitave-  
 runt; vasa grandia ad fundum lapidibus & catenis  
 defixa, atque super undas eminentia, certis inter-  
 vallis disposuerunt, quod scopuli ac vada evitaren-  
 tur: sed & Assècurationis (sit venia verbo apud re-  
 centiores usitato) beneficio invento, contra maris  
 fævitiam, indeque emergentia darnna, sibi prospe-  
 xerunt: ita ut Mercurius cum suis assèclis longè  
 nunc securius, quam olim, per infidum mare meet  
 remeetque. De nobili hoc remedio impræsentia-  
 rum acturus, enixè contendô, ut Benevolus Lector  
 que à me afferentur æqui bonique consular: cùm  
 non tam ex meo cerebro, quam ex melioris notæ  
 Autoribus ea sim de promturus. Culpam etiam  
 deprecor apud æquanimum rerum æstimatorem,  
 quam in citandis aliorum Scriptorum locis fortassis  
 commisi: non mihi, sed illis id imputandum, quo-  
 rum oculis & fide, in maximè necessariorum Com-  
 men-

mentariorum defectu & absentia, Musis meis ni-  
tendum fuit.

## C A P U T I.

De

Assecurationis Origine, Etymo-  
logia, Homonymia & Synonymia.

## APHORISMUS I.

**V**erissimum esse illud sapientiae simul & prudentiae  
veri ducis Taciti, quo asserit *Annal. i. cap. 55. non*  
*omnia apud priores meliora, sed nostram quoque etatem*  
*multa laudis & artium imitanda posteris tulisse;* confirmat inter  
alia Assecurationis inventio. Etsi etenim illa nostro qui-  
dem seculo primùm excoxitata non fuerit; certum atta-  
men est, ante tempora Justiniani, eodemque regnante,  
eam priscis incognitam fuisse. Evolvas, si placet, XII.  
illas Tabb., evolvas Jus Navale Rhodiorum, evolvas Edi-  
ctum Perpetuum, evolvas Codicem Theodosianum, &  
si quæ sunt alia Juris Antiqui fragmenta reliqua; nullibi  
Assecurationis, apud mercantes hodie usitate, vestigia  
deprehendes. Quin imò licet gloriosissimi Imp. Justinia-  
ni jussu a Triboniano ejusque sociis in conscriptis ab iisdem  
Juris voluminibus multa salutariter pro commerciis nauti-  
cis sint congregata; altum tamen ibi est de utilissimi hujus  
remedii præstantia silentium. Quid, quòd nec in Jure  
Wisbyensi, nec in Jure Maritimo Hanseatico illius ulla  
fiat mentio?

II. Inanem ergo operam impendunt, qui ex Livio  
*lib. 23. cap. 48. & 49. probare intendunt, Assecurationem*  
*hodiernam Veteribus ignotam non fuisse.* Dicitur isto al-  
legato loco, quòd qui redempturis auxiſſent patrimonia, (i. e.  
Publicani) *Reipubl. ad tempus commodaverint, que ad exerci-*  
*tum*

tum Hispanensem opus essent, sub duabus conditionibus, quae  
rum altera: ut quæ in naves imposuissent, ab hostium tempesta-  
risque vi, publico periculo essent. Verum quis est, qui non  
videat ea, quæ hic proponuntur, licet vim conventionis  
habeant, ab Assecuratione tamen, quæ hodie à nego-  
tiantibus usurpatur, multum differre? Respublica hîc so-  
la periculum in se recipit, Publicani verè nihil dant re-  
ciprocè pro illa periculi susceptione. At ex legibus Ass-  
ecurationum hodiernarum, & assessor ad damnum præ-  
standum, & Assessoratus ad periculi pretium, seu præ-  
mium, adstricti sunt.

III. Longè verè minus pro diversum à nobis sentien-  
tibus facit Suetonii locus (suprà à nobis, sed alio ex ca-  
pite, jam productus) in vit. Claud. pag. 18. ubi *Claudius Imp.*  
*negociatoribus certa lucra propoſuit, ſucepto in ſe danno, ſi cui*  
*quid per tempeſtates accidifet.* Invitatio namque id fuit mer-  
catorum, ut non intermisſâ curâ & strenuâ diligentia ne-  
gociationes maritimas ſubirent: voluitque hâc quasi re-  
muneratione Imperator eos alliceret, ad eadem commer-  
cia feliciter & promptius excolenda. Nam *& naves, mer-*  
*caturæ causâ, fabricantibus magna commoda constituit;* ſicut  
habet ibid. Suetonius. Non ergo privatum, ſed publi-  
cum bonum Claudius hoc ipſo principaliter promovere  
voluit; cum Assecuratores proprii lucri ſint ſtudioſi, ac,  
ſucepto quamvis in ſe periculo, rem ſuam adaugere co-  
nentur, teste Rein. Kuricke in diatrib. de *Aſſecur.* pag. 4.

IV. Verè itaque ſummus Hug. Grotius 2. de J. B.  
& P. cap. 12. n. 3. in ſu. contrâctum præſtandæ indemnity-  
tatis circa caſus fortuitos (ſeu aversionem periculi, vulgo  
Assecurationem) olim vix cognitum fuiffe, dicit. Pa-  
ram etenim, imò nihil Veteres Jurisperiti de hac con-  
ventione noverunt, quemadmodum paulò antè demon-  
ſratum. Noniulla quidem, quæ ad ſuceptionem vel  
aversionem periculi juxta hunc aut illum contrâctum,  
ubi alias inuilitatum eſſet, docuerunt; ſed iſto modo,  
quem hic contrâctus poſtulat, nihil æquivalens,

V. Quò magis mihi arridet Clariss. Franc. Stypmanni vel Continuatoris ejusdem Ant. Gunth. Fritzii *de jur. Marit. & Naut. part. 4. c. 7. n. 8.* & seqq. conjectura, quā profitetur, expeditum quidem non esse, quo tempore atque ubi primo Assicuratio nata sit. Minus autem nos à vero ab ludere, si ante annos ducentos nec multò longius eam dicamus inter Italos, postea inter Hispanos coepisse; indè deinceps ad Belgas, & quidem præcipue ad Antwerpenses, commigrasse. Postquam ibi aliquandiu substituit, à Brabantis, cum mercaturæ rerumque maritimum exactiori scientia, hunc contractum ad Batavos & Amstelrodamenses, indè ad Germanos, potissimum vero ad Hamburgenses, transfisse; & pedetentim cæteris quoque Civitatibus Hanseaticis & mari adjacentibus coepisse innotescere.

VI. Quare verò Assurationis nomen huic contrarium impositum sit, non difficile est enodare. Cùm enim mercatores, ut suprà ostensum, plurimi incommodis in mari suppositi essent, eaque de causa res ipsis sèpius ad restum rediret, obtulerunt se alii, qui, sub certa conventione, atque certo pretio interposito, maris periculum in se suscepserunt, damna obvenientia certo modo resarcientes, & eum, ad quem vel naves vel merces vel utrumque pertinebat, securum facientes. Ab ista ergo Securitatis petitione & promissione Assicuratio nōmen invenit, ita, ut qui eam petit, Assicuratus; qui promittit, Assicurator, vulgo audiat.

VII. *Securitatis* autem vocabulum, à quo, ut dictum, Assicuratio deducta est, apud purioris linguae Latinæ Scriptores, ut & Juris nostri Conditores non uno modo accipitur. Aliquando denotat securitatem illam beatam, vacuitatem ab inordinatis affectibus, vel animi tranquillitatem, quam mundanæ vanitatis derisor Democritus εὐθυμίαν vocavit, autore Tullio s. de finib. Et de eadem hic loquitur, quando de officiis, lib. I. ita præcipit: *Vacandum est omni animi perturbatione, tum cupiditate, & me-*

*tus*

tu, tum etiam ægritudine & voluptate animi, & iracundia; ut tranquillitas animi adsit, & securitas. Aliquando sumitur in significatione non multum differente à priori, nempe pro vacuitate ægritudinis, sive mentis placida compositione, à malorum imminentium metu intrinsecus immuniti. Hoc modo intelligendus Cicero §. Tuscul. quæst., ubi: Qui autem illam, ait, maximè optatam & expetitam securitatem (securitatem autem nunc appello vacuitatem ægritudinis) habere quisquam potest, cui aut adsit, aut adesse possit multitudo malorum? Isto etiam sensu paßim capitur à Seneca: impribus in lib. de clement. Aliquando Securus indigitat eum, qui à periculis externis immunis est. Unde Solinus cap. 3. de Augusto: Principatum ita ingressus est, ut vigilantiâ illius non modo securum, verum etiam tutum imperium esset. Et Plinius 3. epist. 14. Vides quot periculis, quot contumelias, quot ludibris simus obnoxii. Nec est, quod quisquam possit esse securus, quia sit renifus & mitis: non enim iudicio domini, sed scelere perimuntur. Atque Ovidius, securitatem aurei seculi, ab hostilibus invasionibus vacuam, depingens 1. metam, fabul. 3. ita cantat.

- - - sine militis usu  
Mollia securæ peragebant otia gentes.

VIII. Nonnunquam Securitatis vox designat firmitatem sive certitudinem, quæ omnem ancipitem curam omniaque dubia aufert. Sic in §. 2. Inst. quib. alien. lic. solutionem debitoris pupillaris, qui judice autore pupillo solvit, sequi dicitur plenissima securitas, id est, solutionis firmitas, quam in integrum restitutio evertere non possit. Sic & Ulpianus l. 8. §. 6. de inoff. testam, securè, id est, firmiter, testari dicit. Sic quoque Plinius in panegyr. Traj. testamentum appellat securum, hoc est, firmum & de quo nihil dubitandum. Non raro ponitur idem vocabulum pro apocpha sive chirographo, quo solutionis facta testimonium seu confessio continetur: ut l. 19. §. 1. in fin. de acceptil. arg. l. 35. §. 2. C. de inoff. test. l. 18. C. de testib. l. 1. 2. & 4. C. de apoch. public. lib. 10. vulgus eam quitationem,

Galli *une quittance* vocant. Interdum etiam illud nomen apud juris Interpp. exprimit securitatis publicæ tessera, que datur iter facientibus, barbari appellant salvum conductum: quod an rectè fiat ab Interpp. an minus, nunc non dispiuto, licet ipsis patrocinari quibusdam videantur. *l. 1. ad L. Jul. maj. & l. 3. C. de navicular. lib. II.*

IX. Securitas itidem significat socordiam seu desidiam & negligentiam: de qua agit Pomponius in *l. 3. §. 1. de jur. & fact. ignor.* Et Quintilianus, de tautologia loquens, *lib. 8. Inst. Orator.* *Hec enim, inquit, quanquam non magnopere summis autoribus vitata, interim vitium videri potest, in quod sepe etiam incidit Cicero securus* (i. e. negligens & contemtor) *tam parvæ observationis.* In hac acceptione vocabulum Sectritatis passim occurrit apud Livium, Tacitum, Virgilium, Horatium, Ovidium, Lucanum, Claudianum, alios. Tandem accipitur Securitas pro liberatione à periculo, incommodo, & damno rei custodienda, vel restituenda, vel etiam amittenda. Clarum id ex *l. 35. §. 4. de contrah. empt.* ubi Gajus ait: *Talis custodia desideranda est à venditore, quem bonis paterfamilias suis rebus adhibet; quam si præsiterit, & tamen rem perdidit, securus esse debet.* Add. *§. 3. & 4. Inst. quib. mod. re contrah. oblig.* *l. 7. §. 2. de minor. l. 17. pr. de testam. tutel. §. 6. Inst. de fideic. hered.* Atque ex hac acceptione orta videtur vox Assecurationis, ea videlicet de causa, quod translatu træctiarum aut aliò devehendarum mercium periculo, is, qui navi eas imposuit, ab amissionis vel damni metu assecuretur, hoc est, *securus reddatur*, ut Plancus ad Ciceronem scribit *io. epist. famil. 24. in fin.* Conf. Ampliss. Marquard. *de jur. mercat. lib. 2. c. 12. n. 5. 6. & 7.*

X. Hæc verò Assecurationis vox non prisci, sed recentioris ævi est. Nec mirandum, à Veteribus hoc vocabulum usurpatum non fuisse, cum & res ipsa, quæ vocabulo exprimitur, iisdem, ceu antè probatum, in cognita fuerit. Quamvis autem Assecurationis denominatio ex Latio non sit, nequaquam tamen propterea regiendi

jicienda; cùm & hujus contractus naturam evidentissimè  
repräsentet, & passim apud omnes frequentissimo in usu  
sit,

*Quem penes arbitrium est, & jus, & norma loquendi.*  
Quoniam itaque Asseturatio nomen ex usu accepit, & ab  
illis populis, qui primò eam invenerunt, in patria lin-  
gua commodum ei nomen fuit impositum, præstat illud,  
licet barbarum retinere; quām rei bene intellectæ in con-  
venienti vocabulo nebulas offundere. Stypman. d. c. 7.  
n. 268.

XI. Memores etenim esse debemus illius, quod in-  
comparabilis Gerh. Joan. Vossius in suo *Aristarcho de ana-*  
*log. lib. I. c. 5.* affert: Nostrum videlicet loquendi mo-  
dum confuetudine illà doctòrum subnixum esse debere,  
cui bona pars vulgi consentiat. Quemadmodum enim,  
inquit porrò idem, in navi obtemperamus gubernatori,  
eum autem rationem sequi oportet: ita doctiores popu-  
lo morem gerunt, is verò rationis ductum sequi debet.  
Sin populus universus rationi adversetur: cedendum pro-  
sus, cùm nemo id sibi juris debeat vindicare, ut omnem  
corrigit populum. *Confuetudo* namque populi, cùm omnium  
domina rerum, tuu maximè verborum est; ut verè olim sta-  
tuebat Sulp. Apollinaris apud Gellium noct. Attic. lib. 12.  
c. 13. Lepidè sanè se deridendum propinaret ille, qui no-  
va attamen recepta vocabula spernens, semper cum Evan-  
dri matre loqui amaret.

XII. Appositè hoc spectat doctissimum illud inge-  
niosissimi Horatii in art. poët. hac de re judicium: quòd  
nempe

*Lingua Catonis & Enni*  
Sermonem patrum ditaverit, & nova rerum  
Nomina protulerit: licuit (ita decernit idem) semper-  
que licebit,

*Signatum præsente notâ producere nomen.*  
Et ipse eloquentiæ parens Cicero, si Boëtio in Topic. fi-  
dem habemus, non tam propriis nominibus, quām no-  
tioribus

tioribus interdum usus est. Imò, arte & ingenio maximus ille Orator proprio ore fatetur, quòd res & tempora nova vocabula sape producere suadeant: Utemur, inquit 3. de orat. verbis aut iis, quæ propria sunt, Et certa quasi vocabula rerum, penè unà nata cum rebus ipsis: aut iis, quæ transferuntur, Et quasi in alieno loco collocantur: aut iis, quæ novamus Et facimus ipsi.

XIII. Hæc usque adē veritati consentanea sunt, ut & ipse vir quidem multarum literarum, sed iniquus & virulentus clarissimorum Luminum & Columinum in Repub. literaria censor Gasp. Scioppius in diss. de stilo Histor. pag. m. 145. Et seqq. dicat, se absque ulla verecundia nomen suum in eorū cenu profiteri, qui novis & novatis vocabulis utuntur. Idemque facilitatum demonstrat à Sallustio, Varrone, Mureto, Scaligero, Lipso, Thuano, Casaubono, Pontano, aliis. Add. denique modò laudatum Vossium comment. Rhetor, lib. 4. cap. 1. n. 8. ubi, postquam de verbis novis latè differuisse, cautelam hanc attexit, se, quæ de fictione vocum novarum protulerat, non ita intelligi velle, quasi nostri ævi hominibus planè adempta sit nova vocabula fingendi potestas. Siquidem verò hæc ita sint, nemo puto dicam propterea mihi impinget, quòd Assècurationis verbo, ut & aliis nonnullis, apud Clásicos, ut ajunt, Autores minus receptis, in præsenti dissertatione utar. Civitate enim Latinâ hæc à Jctorum filiis eatenus donata sunt, quatenus unaquæque ars & scientia suis ac domesticis gaudent vocabulis.

XIV. Potuissim quidem, veteres Juris Doctores imitando, contractum hunc appellare vel sponsionem; vel aversionem periculi; vel contractum præstantæ indemnitätis circa casus fortuitos; vel certo respectu conventionem de usuris nauticis, seu de nautica & trajectitia pecunia; vel contractum de periculi pretio; vel contractum trajectitium; vel de his, qui rem exportatam salvam promiserunt; vel denique de rebus aversione exportandis nisi, ut suprà dixi, vox Assècurationis his omnibus significantior

ficantior esset, & rem intellectui clarius objiceret. Indicet etiam securitas, tranquillitas, indemnitas, & similia, idem quod Asscuratio significant; hæc tamen vocabula nimis sunt generalia, omnem cautionem continet, & minus idonea, ut conventionem ipsam, quâ mercium indemnitatem quis promittit, designent.

XV. Asscuratio Italij dicitur *sicurezza seu assicuranza*, Gallis *assurance*, Hispanis *seguridad vel seguros de mercaderes*, Lusitanis *aposta*, Anglis *quietness*, Belgis *assurance*, Germanis der *Versicherungs Contract vel Asscurange*. Vid. Stypman. d. c. 7. n. 266. Loccen. de jur. marit. lib. 2. c. 7. n. 1. Marquard. d. cap. 13. num. 1. Et hæc quidem haec tenus de Asscurationis ORIGINE, ETYMOLOGIA, HOMONYMIA & SYNONYMIA;

sequitur

## C A P U T II.

De

### Asscurationis Definitione & Divisione.

#### I.

**A**SScurationis voce declaratâ, antequam ulterius prodigidari, lubet prius ipsam rei essentiam investigare. Hoc autem commodius fieri nequit, quam rei definitio nem producendo. Monet id suo exemplo Antonius ille apud Ciceronem 1. de orat. Id faciam, inquiens, quod in principio fieri oportere censeo, ut, quid illud sit, de quo disputeatur, explanetur. Et paulò inferius: Nam si forte quereretur, quæ esset ars Imperatoris, constituendum putarem principiō, quis esset Imperator. Non enim facilè de re aliqua differas, nisi prius quid ea sit posueris, DEFINITUR verò Asscuratio

curatio à Scholasticis, & quidem à Lud. Molina, *de J. S. J.* tom. 2. tract. 2. disp. 507. n. 1. quòd sit contractus, quo suscipitur periculum rei alicujus pro pretio, aut interesse alio. Hanc definitionem repetunt Vinc. Filiucius *synops. Theol. Moral.* tract. 37. cap. 1. Et Cardinalis Joan. de Lugo *de J. S. J.* part. 2. disp. 31. sct. 7. num. 93. Paulò aliam definitionem extrahit Mart. Bonacina *Theol. Mor.* tom. 2. tr. de contractib. disp. 3. q. 9. parr. 3. n. 1. nempe, quòd Assuratio sit contractus, quo quis ob pretium, vel aliud interesse, vel gratis suscipit in se periculum rei alienæ, obligando se ad illius compensationem si perierit, ita ut teneatur ad compensationem totius, si tota res perierit, vel ad restitutionem partis, si pars tantummodo perierit. Cum hac ferè eadem est ea, quam tradit JCtus Romanus Sig. Scaccia *de commerce*, §. 1. quæst. 1. n. 129.

II. Juris autem nostri Antecessoribus, uti Ben. Strachæ *de Assur. introd.* n. 46. Assuratio dicitur, alienarum rerum, sive mari, sive terræ exportandarum, periculi susceptio, certo constituto pretio. Hug. Grotius *in tract.* qui inscribitur, *Inleiding tot de Hollantse Rechtsgelehrtheit*, seu in *Iagod. ad jurisprud. Holland.* part. 24. pr. Assurcationem ita definit: *Versékering is overeenkoming, waer door jemant op hen neemt het onseker Gevaer, dat een ander hadt te verwachten: den welke wederom hem darvor gehouden is loen te geven.* Quam definitionem Latinè ita vertit Kurick. *d. loc. p. 4.* Assuratio est contractus, quo quis in se suscipit incertum periculum, cui alter erat obnoxius, qui è contrario eo nomine illi præmium retribuere tenetur. Stypmannus *d. loc. n. 262.* Assurcationis naturam his verbis proponit, quòd sit conventio de mercibus tutò aliunde transferendis pro certo præmio. Cum hisce definitionibus reape coincidunt, quas afferunt Loccenius *d. cap. 5. n. 4.* Hahnii *obs. Theor. Præd. ad Wes. n. tit. de precript. verb.* n. 4. Struvius *syntagm. Jur. Civil. exerc. 25. tb. 46.* Pleniorum autem Assurcationis definitionem se invenisse putat Kurickius,

Kurickius,

Kurickius, d. pag. 4. quam ita delineat: quod sit convenitio, quā quis periculum traciendiarum, vel aliò terrā marique vchendarum mercium, vel etiam navis ipsius met, & indemnitatis eo nomine p̄stationem in se, pro certo periculi pretio, sive p̄mio recipit. Non longe ab hac definitione distat illa Marquardi d. c. 13. n. 8.

III. Exspectas forsū, Eruditæ Lector, quid de his definitionibus sentiam? Profecto, si juxta regulas Logicorum illas examinare luberet, in promptu esset ostendere, alias non esse adæquatas suo definito, alias labōrare ἐμπνεία & obscuritate, alias peccare ταύτας & prolixitate, Verū non immemor cum Subtilissimo Philolophorum David. Derodone Logic. restitut. proœm. de Philos. defin. n. 15. definitiones in jure esse periculosas, easque ad rigorem canonum Logicorum non esse examinandas; libenter condonabo quicquid hic erratum. Quodsi verò instes, & nihilominus exiguum nostrum judicium desuper exquiras, accipe id paucis. Definitiones Molinæ & sequacium nec non illam H. Grotii suo loco relinquimus. In Bonacinae & Scaccia autem definitione improbamus, quod in ea ponant, assēcrationem gratis fieri, quasi id regulare esset, aut assēcrationi per se conveniret. Displacet etiam nobis, quod Straccha, Marquardus & Kurickius Assēcrationem Terrestrem definitionibus suis inferant. Assēcratione quippe regulariter tantum fit circa res, quæ deseruntur per mare, teste JCto eximio Petro Santernā Lusitano tr. de affecur. part. 3. n. 1. qui quæstionum præcipiuarum ventilatione, velut splendidâ face tenebras illas, quibus singularis hic juris articulus involutus fuit, discutit; quemque omnes Assēcrationum Cameræ, ut Lisabona, Genuæ, Florentiæ, Venetiarium, Neapolis, Anconæ, Antwerpia, Amstelrodami & Hamburgi sequuntur; ut resert Marquard. d. cap. 13. n. 4. Consultissimus quoque Hahnus d. loc. Santernæ subscribens rationem addit, cur contractus hic maximè in mercibus maritimis transvehendis obtineat, videlicet propter frequens & ingens in mari periculum.

IV. At verò, quis rerum tam est ignarus, ut eum fugiat, ex his, quæ forte uno aut altero casu accidere possunt, jura non constitui, l. 4. ff. de ll.? Quod enim temel aut bis existit, prætereunt Legumlatores, l. 6. eod. Idem obtinet in definitionibus, quibus potiora, & quæ *πιλ τὸ πλεῖστον* contingunt, representanda: cætera per modum explicacionis definitioni subjungenda sunt; cùm non per se, sed per accidens definito convenienter. Inter bonæ namque definitionis virtutes eminent brevitas, qua de causa non omnia definitioni infacienda, quæ definito attribui possunt; sed perfecta definitio ex solis essentialibus constare debet, ut pluribus tradunt Logici. Quod si tamen definitiones has pro descriptionibus quis haberit, nihil in iis carpendum censemus; cùm in descriptionibus major sit rem deducendi libertas.

V. Ad definitiones Stypmanni, Loccenii, Hahnii, Kurickii observamus, quòd minus rectè in illis genus remotum, conventio; non proximum, contractus, Assercutioni assignetur. Non satis etiam accurata est definitio Stypmanni, Struvii, & Marquardi ex hoc capite, quòd solas merces constituant objectum Assercutionis; cùm tamen non tantum merces, sed frequenter solæ naves, sèpius & naves & merces simul, Assercutionis elypto protegantur. Addere hic possem varias homonymias, quæ in hisce definitionibus latent; verùm malo nunc isto labore supersedere, ne nimis rigorosus videar: repetens quod antè mōnui, nempe paucas ex his nomen exacte definitionis, plures appellationem popularis descriptionis promereri. Si cuiquam allubescat nostra Assercutionis definitio, eam sic efferrimus: quòd sit contractus, quo assessor, præmio sibi ab assessorato constituto, in se suscipit mercium aut naves aut utrarumque aliò transvehendarum incertum periculum, quòd assercutionem petens securus & indemnis sit. Generis loco constituimus *contratum*, cum Asservatio sit conventio, quæ speciale nomen habet, ceu id pluribus infra com-

monstra-

monstrabimus : differentiam desumimus ab Asscuratio-  
nis causa effidente , asscuratore & asscurato ; materia , in-  
certo periculo mercium aut navis aut utrarumque aliò transve-  
bendarum ; forma , periculi susceptione & premii constitutione ;  
fine , securitate & indemnitate Asscurati.

VI. Haec tenus de Asscurationis definitione : DIVI-  
SIONEM ejusdem quod attinet , dispescitur illa à Styp-  
manno d. c. 7. n. 271. Marq. d. c. 13. n. 11. Kurick. d. dia-  
trib. pag. 4. in Terrestrem & Maritimam. Illam dicunt , quæ  
fit ratione rerum & mercium , quæ per terram aliò trans-  
vehuntur. Hanc , quæ concernit res & merces , per ma-  
re venientes vel abeuntes. Hanc verò distributionem  
latiorem esse suo diviso , manifestum ex iis , quæ in præ-  
cedentibus aphorismis adduximus. Diatis breviter addo ,  
quòd hi Dd. locis modo allegatis ipsi confiteantur , Ass-  
curationem terrestrem raram ; maritimam frequentissimam  
esse ; atque ideo de hac potissimum se egisse. Imò &  
Kurickius d. loc. pag. 5. ipse affirmat , Asscurationem  
propriè de navibus & mercibus mari eundibus vel redeun-  
tibus intelligi , legesque eo nomine conditas potissimum  
hanc (maritimam scil.) respicere : id quod ex Ordinat. Am-  
sterdam. de Asscur. n. 14. & 15. liquere ait. Jungatur his  
Philippi II. Hispaniarum Regis Ordinatio de Assc. art. 28.  
& 29. publicata anno 1570. in qua leges Asscurationis à se  
latas primariò vult intelligi debere de Asscuratione ma-  
ritima : de terrestri , ait , inter mercatores convenien-  
dum esse eo , quo optimè fieri potest , modo ; cum in  
terra non tot ac tanta sint pericula , atque in mari. Et  
sanè , si ex eo , quòd aliquando sed raro admodum ter-  
restris Asscuratio locum inveniat , legitimum hujus divisionis  
membrum esset ; quare non etiam Asscuratio di-  
videretur in Remuneratoriam & Gratuitam? Nemo qui-  
pe negabit , Asscurationem gratuitò præstari posse , &  
quandoque actu præstari gratuitò. Conf. Molin. d. disp.  
507. num. 2. Card. de Lugo d. num. 93. Scacc. d. quæst. I.  
num. 129. Bonacini. d. n. 1. Hahn. d. n. 4. pag. 1087. At  
D 2

vero

verò Assecurationem à quoquam ita dividi, hactenus mihi videre haud licuit. Est hæc itaque potius vocis distinctio, quam vera & proprie dicta rei distributio; eò quod assuratio Terrellis Assecurationis naturam minus perfectè & secundario tantum participet. Vel, si yalde liberales simus, est divisio analogi in sua analogata; non verò generis univoci in suas species univocas, cùm Assuratio his suis inferioribus equaliter non insit.

VII. Altera divisio est, quod Assuratio alia sit *Pura*; alia *Conditionalis*, arg. l. 4. §. de naut. fœn. l. 3. C. eod. Vid. Santern. d. loc. part. 5. n. 7. Stypman. d. c. 7. n. 383. Loccen. de jure marit. lib. 2. c. 5. n. 6. Marquard. d. c. 13. n. 12. § 13. Kurick. d. diatrib. pag. 5. *Pura* vocatur, quæ simpliciter sine conditione aliqua temporis, loci, vel etiam periculi praefatur. *Conditionalis*, qua annexam habet conditionem loci, temporis, periculi, casuumque certorum, in instrumento Assecurationis expressorum. De hujus divisionis bonitate quidem dubitat Kurick. d. loc. incertus: Utrum assuratio *Pura* detur? atque licere, dicens, cum Santern. de ass. part. 3 n. 42 omnem assecurationem Conditionalem esse, credere. At verò Puram dari Assecurationem, de eo nos quotidiana experientia haud sinit ambigere: quamvis aliquantum irregularis sit. Santern etiam *hoc all. loc.* nequaquam dicit, omnem Assecurationem simpliciter Conditionalem esse; verum tantum habitu respectu ad eventum periculi. Quin imò idem laudatissimus Jurisperitus d. tr. part. 5. n. 7. Puram assecurationem exprelse ponit & approbat: Adde, inquiens, quod de natura hujus contractus non est, ut sit conditionalis, potest enim contrahi simpliciter & pure. V. gr. Assuror vendit periculum pure & simpliciter, quo casu five merces pereant, five non, recipit premium periculi in se suscepit. &c. junge *ibid. num. 9. in fin.* quæ loca si Kuriccius diligentius peregisset, forte hic non titubasset.

VIII. Occasione assecurationis Puræ, quæritur h̄c:  
 Assecurazione simpliciter factā, (v. c. ita: Assecuro mer-  
 ces, quas navi Centauro impones) an ea de prima, an  
 etiam de secunda navigatione intelligenda sit? Resp. de  
 prima; etiam si navis bis in anno navigationem illam subi-  
 re solita fuisset. Sermo enim simpliciter prolatus de uno  
 & primo accipitur, arg. l. 89. §. 1. de V. S. l. 30. de jur. dot.  
 l. 8. §. 1. de vulg. & pupilli. substit. Puto tamen, quod ex  
 periculi pretio facile dignoscit possit, an de prima tantum,  
 an etiam de secunda navigatione contrahentes senferint,  
 habita ratione loci, temporis, navigii, atque ejus, quod  
 fieri consuevit. Consentient Santerna d. part. 3. n. 30.  
 & seqq. Straccha gloss. 12. n. 3. & 4. Loccenius d. n. 6.

IX. Assecuratio distingui quoque potest in *Activam*  
 & *Passivam*; nam ipsa pertinet & ad actionis & ad passio-  
 nis prædicamentum. Illa est, que prestatur ab eo, qui  
 alium asscurat. Hæc, quam acceptat is, qui ab alio asse-  
 curatur. Non autem differunt hæc duæ. Assecurationes  
 realiter intrinsecè; sed realiter extrinsecè; seu, juxta  
 connotata extrinseca diversa, per quæ diversimodè expli-  
 cantur: ut passim Cl. Derodon in sua Philosophia loqui-  
 tur. Vidimus Assecurationis definitionem & divisionem:

videamus jam

## C A P U T III.

De

Assecurationis causa Efficiente,  
ejusdemque Subjecto.

## I.

**Q**uandoquidem scire sit rem per causas cognoscere,  
atque is sit

*Felix, qui potuit rerum cognoscere causas.*

age! nunc illas expendamus. Inter omnes autem præstantissima est Efficienti, ut testatur Celeberrimus Adrian. Heereboord disp. Philos. vol. 2. disp. 12. th. 1. Imò eadem sola ac propriè dicta causa est, ut ostendit Idem in sua iux. logic. lib. 1. c. 15. qu. 3. num. 2. Convenientissimè ergo facturus videor, si ab illa initium sumam, tum ob rationes jam dictas, tum ob alias, quas addit Joan. Greyanus instit. metaphys. tract. 2. c. 10. n. 1.

II. Causæ autem EFFICIENTES assecurationis variæ sunt, idcirco saltem illustriores ex illis proferam. Procataractica est maris impetuosa tempestas, nec non piratarum detestandæ incursiones, repressalia, arresta, &c. quæ asscuratos extrinsecus commovent, ut hoc contrari sibi consulant. Progymena est interna cura & gravis animi anxietas, quâ torquentur bona sua pelago imponentes, à qua haud parùm liberantur, qui sub asssecurationis scuto merces & navem ventis committunt.

III. Efficienti Remota sunt partim asssecurationis primi inventores, de quibus dictum cap. 1. aph. 5. partim illi Magistratus, qui subditis suis asssecurationis exercitium permiserunt, de eademque certas leges & statuta tulerunt. Conf. Stypman. d. c. 7. num. 11. & seqq. Postquam enim hic contractus vel ab Italij vel ab Hispanis moribus &

& consuetudine introductus esset, ab iisdem, ut supra expositum, Antwerpiensibus communicatus est, apud quos tum temporis in Belgio erat forum seu tribunal (vulgò die Beurse) mercatorum & nautarum, in quo singulis ferè diebus juxta consuetudinem & statuta illius Civitatis nempe juxta tit. 54. (van Contracten van Assurantien) difficiles hujus contractus questiones & controversiae determinabantur. Verum cum non pauca in illis Statutis desiderarentur, nonnullaque haud fatis certa essent, Rex Hispanie Philippus II. ut judices & mercatores posthac immotam normam haberent, secundum quam illi judicarent, hi assecurationes suas ordinarent; certas leges de hoc contractu tulit: primum Bruxellis An. 1563. dein Antwerpia An. 1570.

IV. Regis hujus exemplum fecutus est Magistratus Amstelrodamensis, qui Ordinationibus Philippi quædam adhuc deesse, quædam Batavis minus commoda inesse deprehendens, An. 1603. Ordinationem Amstelrodami publici juris fecit, in qua Regis illis Constitutionibus quædam ademta, quædam addita. Anno deinde 1620. prodiit aliud Amstelrodami hæc de re Statutum, in quo adjecta, quæ experientia prioribus adjungenda docuerat. Et hæc sunt illa jura, juxta quæ de assecuratione judicium fieri debet, nisi propria & singularia Regionum aut Civitatum statuta & consuetudines refragentur: sicut pluribus id infra demonstrabimus.

V. Assecurationis causa efficiens Proxima sunt Asscurator & Asscuratus, qui contractum hunc secundum ejus requisita ipsimet celebrant. Postulat autem hic locus, ut hæc quædam de assecurationis SUBJECTO interseramus, & quinam Asscuratores, quinam Asscurati esse possint, vel non possint, inquiramus. Ea vero de re nostra hæc est sententia, quod quamvis Mercatores primarium sint hujus contractus subjectum, hic nihilominus tamen cujuscunque ordinis hominibus, tanquam subjectis secundiariis, permisus sit, nisi specialiter prohibeantur,

beantur, add. Marq. d. c. 13. n. 17. Omnes igitur, qui se obligare, & mercaturam exercere queunt, assicurare & assicurari quoque possunt. Et vicissim, qui à mercatura & negotiis maritimis arcentur, hanc etiam conventionem celebrare nequeunt: ut testis est Stypman, d. c. 7. n. 273. § 274.

VI. Explicemus hæc paulò uberiùs, & videamus, quibusnám mercaturam exercere interdictum sit, cùm sic, quinám commercia tractare, atque adeò contractum assicurationis expedire possint, facili negotio intellecturi simus, arg. pr. Inst. de his qui sūi vel al. jur. l. 1. ff. eod l. 8. de accus. Prohibentur autem quidam *Naturā*; quidam *lege*. NATURA ob defectum perfecti consensūs, ut (1.) Pupilli, sine tutorum vel curatorum autoritate, arg. l. 5. §. 1. de auth. int. l. 9. de acquir. hered. (2.) Furiosi, l. 1. §. 12. de ò. § A. l. 5. de R. J. l. 14. locat. tempore videlicet ferventis furoris; non quo dilucidis gaudent intervallis. (3.) Mente capti, arg. l. 4. §. 3. de addit. edid. (4.) Lunati, quamdiu mens, ob infelices lunæ influxus, officio suo non iungitur, arg. l. 43. §. 6. eod. Conf. Marq. d. loc. lib. 1. cap. 9. à n. 3. ad 16. qui prolixius hæc prosequitur.

VII. LEGE prohibentur vel juxta Jus Civile Commune; vel juxta Ordinationes Regis Philippi II. & Statuta Amstelrodamensis. Juxta Regis Philippi ordin. art. 9. (ut habet Kurickius; vel juxta exemplar Marciardi, art. 18. § 19.) & Amstelrodamensium statut. art. 11. § 30. assicurationis contractum inire nequeunt Nauclerus, Officiarius nauticus, Gubernator navis, Proreta, Naupagus & Nautæ. Item Judices & Commissarii, litibus, quæ ex assicuratione orta sunt, definiendis constituti, eorumque Administri, Secretarii, Scribæ, Teloniatores & Proxenetiæ. Aurigæ quoque, Curribus præfeci & Vehiculatores currus suos, carros, aut equos aliter assicurare nequeunt, nisi sub dimidietate pretii eorundem; mercedem autem nullo modo possunt. art. 30. (ita numerum articuli refert Kurickius; at in editione illius Ordinationis

Dinationis à Marquardo hæc habentur art. 11.) H. Grot.  
Iag. ad jurisprud. Holland. part. 24. pag. 152. b. Kurick. d.  
diatrib. pag. 7.

VIII. Juxta Jus Civile Commune à mercatura & ase-  
curatione removentur (1.) Prodigj, quibus ob dissolutam  
vitam administratio bonorum suorum interdicta est, l. 8.  
pro emtor. l. 6. de V. O. l. 7. §. 12. quib. ex caus. in poss. eat.  
arg. l. 40. de R. J. (2.) Clerici, c. 3. caus. 14. queſt. 4. c. 10.  
dift. 88. c. 7. caus. 12. qu. 1. c. 3. dift. 44. l. 9. C. de SS. Eccles.  
l. 42. pr. C. de episc. & cler. An vero hæc prohibitio ad  
Profesiores, Doctores, aliosque Literatos extendenda  
sit, nec ne, pluribus exponunt Stypm. d. lib. 4. cap. 15.  
n. 82. & seqq. & Marg. d. c. 9. n. 27. & seqq. (3.) Milites,  
l. un. C. negotiat, ne milit. lib. 12. l. 15. C. de re milit. lib. eod.  
l. 31. C. de locat. & conduct. possunt tamen beneficio Prin-  
cipis, ejusque speciali indultu, l. un. C. in quib. caus. mil.  
for. prescr. vid. Ill. Salmas. de fæn. trapezit. pag. 140. & seqq.

IX. Jucunda hîc foret disquisitio, nisi nimis effet pro-  
lixia: An in eminentiori dignitatis gradu constitutis, Prin-  
cipibus scil. atque Nobilibus, mercatura ejusque adjun-  
ctum assuratio convenient? Ne itaque latè evager, in  
Principibus distinguendum existimo, an ipsimet; an per  
suos mandatarios seu factores commercia exerceant. Po-  
sterius est laudabile; prius non æquè: cum id Principem,  
lucrandi studio assuetum, quàm facilimè à curis Regni &  
Principatûs abstrahat, plurimaque mala in provinciis pro-  
gignat. Conferatur il Conte Annibale Romejo nell. suo  
discors. giornat. 5. pag. 281. Deinde discernendum, an id  
fiat cum subditorum damno; an in ipsorum emolumen-  
tum, & tam amplæ sint negotiations, ut non nisi sum-  
ma cum difficultate à privatis tractari possint: vel ob im-  
penſarum magnitudinem, vel ob infestos hostium insul-  
tus. Hinc acutus ille Italus Trajan, Boccalini nell. cent. 2.  
ragg. di Parnass. ragg. 6. ſapienter monet: Che i Prencipi  
tra i loro fudditi lasciassero il commercio del vendere, & del com-  
parare i frutti, e'le rendite de loro terreni, e il guadagno de lo-

ro traffichi: mà che ogni industria douessero impiegare nella gloriosa & ricca mercantia di empir i maggazini de gli stati loro di grano, e di ogni sorte de biade necessarie al viver de gli uomini, comparate ne paesi lontani; trafficho felicissimo & richissimo, i.e. Principes relinquunt subditis suis commercium vendendi & acquirendi illos fructus & redditus, qui ex ipsorum prædiis proveniunt, lucrum etiam ex eorundem negotiationibus perceptum: omnem verò industriad adhibent in exercenda gloria & copiosa mercatura, ad implendum granaria sua frumento, omnisque generis ad viatum humanum necessariis, comparatis in remotissimis regionibus; hæc est mercatura felicissima & ditissima. Melius denique est, ut Princeps hoc pacto, quam duris tributis & exactiōibus, ararium suum adaugeat. Prudenter haud de vulgo Politicus Joan. Bodinus lib. 6. de Republ. cap. 2. n. 650. Ego, inquit, si statuendum mihi sit, Principem mercatorem nolo: si optio detur, mercatorem malo, quam tyrannum, & patricios viros negotiari, quam prædari. Huic calculum suum addit Le Cynee d'Estat. au liv. 3. de l'istor. de Fr. au pag. 172. his verbis: Pourquoi ne prendra pas un Prince le train d'un marchand plustost, que d'un tyran, ou exalteur? C'est folie de penser, que la negociation deroge à la Noblesse, h.e. Quare non Princeps potius fieret mercator, quam tyrannus, aut tributorum exactor? Stolida est cogitatio, quod mercatura Nobilitati quiequam deroget. Plura de illustri hac materia cūpientem ablego ad Bodinum, Tholosanum, Boterum, Arrisæum, Beſoldum, Læl. Zecchium, Busium, alios, à Stypm. d. c. 15. n. 34. & seqq. & Marq. d. lib. 1. cap. 10. à n. 1. ad 42. allegatos. His jungi possunt Latherus de cense lib. 3. cap. 13. Casp Klockius de Aeran. lib. 2. cap. 25. n. 22. & seqq. Saavedra id. Princ. Christ. Pol. symb. 68. p. 581. & 582. Joh. Jacob. Speidelii specul. verb. Kauffmann, n. 20. in addit. Christoph. Pelleri Polit. Sceler. denud. impugnat. addit. &c. 35. pag. 385. & seqq.

X. Quart.

X. Quantum ad Nobiles, in specie ita dictos, spe-  
 stat, non possunt in illis commercia & assecuratio sim-  
 pliciter vel laudari, vel vituperari; sed statuendum, non  
 esse toto genere turpe, quod alicubi pro tali habetur.  
 Non enim eadem omnibus sunt honesta atque turpia, jux-  
 ta testimonium Corn. Nepot. in *præfat. ad vit. illustr. viror.*  
 Et cuilibet regioni proprius quasi spiritus est, qui animos  
 in certa studia & mores adigit; seu Eruditus Barclajus in  
*Icon. anim. cap. 2.* luculenter commonstrat. Unde & di-  
 versa quoque hac de re sunt diversarum gentium judicia.  
 In Germania, Gallia, Polonia, & potissimum in Russia,  
 Nobiles mercaturam non magni faciunt, reputantes: che  
 il mestiero della guerra, l'essercito delle armi, siano veri traffichi,  
 & le proprie mercantie delle genti Nobili, i. e. bellica nego-  
 tia, exercititia armorum, esse veras negotiationes, & No-  
 bilitibus propria commercia. Traj. Boccal, nell. cent. 2. ragg.  
 di Parn. ragg. 39. In Hispania, Anglia, Lusitania, Dania,  
 Belgio, Nobilibus mercatura non usque adeò exosa est,  
 memores illius adagii Italici: *Nobilità poco si prezza, se vi  
 manca la ricchezza.* h. e. Nobilitas parum estimatur, si illi  
 desint divitiae. Quid, quòd in una eademque Italia mi-  
 ris modis sententiae h̄: varient? I Neapolitani & i Lombardi nissuna cosa stimano più contra alla Nobilità, che fare al-  
 qua essercito mercantile, dal qual dicono doversi gli buomini nobili  
 astenere, come da cosa, che possa macchiare la candidezza della  
 Nobilità. E contrario: I Venetiani, Fiorentini, Lucchesi, &  
 i Genovesi indifferentemente effèrcitanlo la mercantia, in modo,  
 che i più nobili tra loro sono per il più mercanti di maggior facen-  
 de. h. e. Neapolitani & Lombardi Nobilitati nihil magis  
 contrarium existimant, quam ullum mercatura genus ex-  
 ercete, à qua Nobili abstinentiam dicunt, tanquam à re,  
 qua candidam Nobilitatis puritatem commaculare possit.  
 E contrario Veneti, Fiorentini, Lucenses & Genuenses  
 indifferenter mercaturam exercent, eo modo, ut nobilis-  
 simi ex ipsis plerunque amplissimis commerciis operam  
 navent. Parut. dell. perfett. dell. vit. Polit. nell. libr. 3. p. 3.

XI. Hæc tam varia gentium judicia ut in aliqualem consonantiam redigamus, & id, quod res est, dicamus: censemus distinguendum esse inter mercaturam vilem, sordidam, restrictam, tenuem, *en detail*, ut Galli loquuntur, Reique publicæ pernicioſam; & inter honestam, splendidam, diffusam, copiosam, *en gros*, ut iudicem Galli loqui amant, atque Reipubl. proficiam. Prius mercatuaræ genus reprobandum; posterius amplectendum. Atque hisce distinctionibus observatis, Nobilium mercatuaræ etiam non adversabuntur leges illæ Justinianæ Civiles, quæ contra Nobilium commercia produci consueverunt: Aliæ enim intelligendæ de noxiis Monopoliis; aliæ de foeda illa mercatura, quam, ut loquuntur Imp. in l. 6. C. de dignit. lib. 12. ultimi mercatores exercent. Quinam verò sint *ultimi mercatores*, patet ex III. Salmas. de usur. cap. 18. De Nobilium autem mercatura plura invenies apud Gryphiand. in *œconom.* legal. lib. 1. cap. 24. num. 16. & seqq. Arnis. doctr. Politic. cap. 12. pag. m. 327. & seqq. Klock. d. lib. 2. cap. 25. num. 12. & seqq. Stypm. d. cap. 15. n. 67. & seqq. Forstner. in not. Polit. ad Tacit. annal. 3. c. 46. obser. 3. Zoël. ad C. lib. 4. tit. 63. Wurmser. exerc. acad. jur. Public. 4. lib. 26. Sprenger. axiomat. stat. 20. pag. 118. & seqq. Limn. de J. P. lib. 6. c. 5. n. 75. & seqq. Christ. Lud. Dietherum in addit. ad Besold. Thesaur. Præt. verb. Rauffleut. n. 10. Marq. d. cap. 10. num. 42. & seqq. Peller. d. loc. pag. 388. & seqq. Quid porrò statuendum sit de negotiatione ineunda, & per consequentiam de assecuratione contractanda, cum Peregrinis, Infidelibus, Judæis, Hæreticis & Schismatycis; brevitatè studio legat qui avet apud Strach. de assecur. gloss. 3. n. 1. & Marquard. d. lib. 1. c. 13. per tot. ibique adductos.

XII. Tandem hic adhuc notandum, quod Fœminæ, licet alias munerum negotiorumque publicorum sint incapaces, l. 2. de R. J. cum similibus; ex tamen ab assecuratione non arceantur. Cui enim mercatura non prohibita, illi, ut suprà dictum, nec assecuratio prohibita. A  
mer-

mercature autem exercitio mulieres non repelli, perspicuum tam ex Jure Civili Romano Scripto, quam ex Jure Gentium hodiernarum, sive expressâ sanctione sive tacitâ Consuetudine introducto. Quoad jus Romanum, probant id l. 1, §. 16. & 21, de exercit. act. l. 4. C. eod. l. 32. §. 4. de aur. & arg. legat. l. 7. §. 1. inst. act. l. 7. C. de incœf. & inutile. nupt. Quoad jus plerarumque hodiernarum Gentium, testantur id de foeminae Hispanicis, Alphon. de Azevedo lib. 5. comm. in Hispan. constitut. tit. 18. de Belgicis, Alb. Gentilis lib. 2. de nupt. cap. 20. de Germanis, Jus Saxonum Novell. Elector. Augus. p. 2. constit. 15. Ordinatio Provincialis Hassiaca de an. 1497. c. 5. l. und seind die. Statuta Lubecensia lib. 3. tit. 6. art. 21. & lib. 1. tit. 10. art. 1. Statuta Hamburgensia part. 2. tit. 8. art. 1. Gail. 2. observ. 90. n. 5. & Consultiss. Dav. Mevius comm. ad Jus Lubecen. part. 1. lib. 1. tit. 10. art. 1. n. 57. & seqq. & de aliis mulieribus alii passim. Vid. Marq. d. lib. 1. c. 12. per tot. Hucusque de Subjecto Assecurationis, seu causa ejus effidente Præxima.

XIII. Est verò assecurationis efficiens etiam alia *Principalis*; alia *Instrumentalis*. Illa sunt ipsi patroni & domini negotiorum Asscurans & Asscuratus, in propria persona assecurationem contrahentes. Hac sunt illorum Factores atque Ministri, qui, dominis & patronis absentiibus, vel alia negotia agentibus, jussu ac nomine illorum, contractum hunc expedunt: item Notarii, qui instrumentum assecurationis seu Pollicem conficiunt; Proxenetae, quorum, tanquam mediatorum, beneficio & interventu asscuratio inter asscuratorem & asscuratum sape initur, &c.

XIV. Assecurationis Efficiens denique est vel *Solitaria*, vel *Socia*. Illa est is, qui absque aliis mercatoribus sociis assecurationem vel petit vel promittit. Hac sunt illi, qui, sociata commercia tractantes, assecurationem vel postulant vel pollicantur. Dantur enim certa Colegia asscurantium, qua ne periculum fortè contingens

unum nimis gravet, communibus sumptibus damnum re-  
sarcirent. Cum autem Stypman. d. c. 7. n. 275, moneat,  
in controversiis illis, si plures assecurationem faciant, &  
socii seu correi debendi vel credendi fiant, illud obtine-  
re, quod alibi de duobus reis dicitur; lubet tantum ea  
de re duas hic proponere quæstiones.

XV. Altera est: An assecratio quoque pertineat  
ad merces Caji, si eam Seji mandato Cajus procuravit de  
mercibus ad Sejum & quoscunque alias spectantibus? Resp. aff. Nec obest determinationi nostræ, l. 18. C. de solut. ex qua nonnulli colligunt, quod in sermone generall non contineatur persona loquentis. Quam dura enim sit hæc collectio, imò falsa sèpius, ostendit Nobilissimus JCtorum Antesignanus Dionys. Gothofredus ad banc leg. lit. d. & ad l. 29. §. 3. lit. g. de pignor. Et hypoth. Diftin-  
guendum igitur cum Straccha tr. de Assetur. gloss. 10. n. 8.  
inter negotia odiosa & favorabilia. In illis, si generalis sit  
dispositio, persona loquentis non comprehenditur, quia  
in dubio quis se ipsum ligare, sibiique obesse velle non  
præsumitur. In his dicentes persona continetur, cum cha-  
ritas ordinata à se incipiat, arg. l. 6. C. de servit. Et aqua.  
Ex subjecta denique materia facile concludi potest, an in  
generali locutione includenda sit persona loquentis. Sic  
& hoc loco id suadet subjecta materia; & verba generali-  
ter prolata: Et ad quoscunque alias Et. ostendunt, eam  
assecurantis suisse voluntatem.

XVI. Altera: An sponsio securitatis, Sempronio e.  
gr. præfita, ad communes Sociorum merces sit exten-  
denda: ita ut calamitate subsecutâ assecurans pro omni-  
bus mercibus teneatur; si hic, qui Sempronii mercium,  
in navi Pegaso v. c. collocatarum, periculum in se rece-  
perat, postea comperiatur, illas merces non solius suisse  
Sempronii, sed cum aliis sociis communes? Resp. in di-  
verfa hic abeunt Dd. aliis assecurationem hanc ad com-  
munes sociorum merces porrigidam esse Negantibus;  
aliis Affirmantibus. Negant id Santerna d. loc. part. 3. n. 18.  
Et

¶ seqq. Stracch. d. gloss. 10. num. 9. ¶ ult. Ant. de Gamma decis. *Lusitan.* dec. 181. n. 4. Alvar. Valascus consult. regne Lusit. 64. Affirmat Marquard. d. c. 13. num. 41. 42. ¶ 43. qui Santernam d. n. 58. secum sentire, ait, in quo tamen (liceat cum tanti Viri patientia hoc monere) fallitur, uti patebit d. locum Santernæ evolventi. Item Kurick. d. loc. pag. 14. Priors adducunt pro se l. 126. §. 2. de *V. O.* voluntque assecurationem tantum validam esse quoad merces Sempronii, quas is pro sua portione navi immiferat, arg. l. 80. de *R. J.* l. 7. pr. de except. rei jud. l. 13. §. 2. de reb. cred. l. 5. §. 1. de legat. 1. l. 27. de damn. infect. Postiores, qui tuentur, pro parte etiam Sociorum assecurationem hanc valere, praesidium querunt in l. 5. §. 2. de legat. 1. l. 25. de *V. S.* l. 1. §. 4. de *V. O.* l. 110. l. 147. de *R. J.* c. 35. c. 80. de *R. J.* in 6to.

XVII. Censemus autem, dissidentes hasce opiniones commode conciliari posse, si prior vera intelligatur, quantum ad rigidorem juris obseruantiam; posterior, quantum ad consuetudinis & praxeos aequitatem. Aequalitatem quippe in contractibus servari, aequitati quam maxime congruit, per l. 81. pro socio. Non debet enim quod uni non licet, alteri licere, l. 1. C. de *cupress. lib. II.* Quod si igitur assecuator, rebus salvis, omnem pecuniam, pro assecuratione receptam, lucratus fuisset; suggestit aequitas, ut, mercibus communibus extinctis, damnum earum universim idem restauret. Et hoc inclinat ipse Straccha d. n. ult, ubi dicit, quod contraria sententia (contra quam nempe haec tenus disputaverat) ex usu & mercatorum consuetudine defendi posset, se non negare, si forsitan de eo constaret, quod mercatores, supra relato modo se assecurari facientes, pecunias assecuratas, sequito naufragio, consequi soleant: mos enim eorum inter eos servandus esset, arg. l. 23. de *O.* ¶ A. l. 17. C. de *collat. c. 9. x. de constit.* Non obstat vero posteriori ac usu magis comprobata sententia, quod Sempronius de suis dantaxat mercibus mentionem fecerit; & quod Sempro-

nii ex merces propriè non videantur, quas communes  
habuit cum aliis. Resp. enim, nostrum quoque esse,  
quod commune est, l. 5. §. 2. de leg. 1. & l. 49. de R. N.  
Conf. August. Barbosam de appell. verb. utriusque jur. signif.  
appell. 151. n. 2.

## C A P U T . IV.

De

## Affecurationis Materia.

I.

**Q**uod eruditè eruditus naturalium rerum mystes Joach.  
Burserus introd. ad scient. natural. lib. 1. c. 1. de causa  
efficiente naturali & artificiali afferit, idem nos hīc de  
morali seu civili affirmare possumus. Scilicet, quotidiana  
experientia docet, à causa efficiente naturali nunquam  
producere effectum, nisi quid præstò sit, quod efficientis  
actionem suscipiat. Ignem nunquam videoes calorem pro-  
ducere, nisi prope se habeat stipulam, chartam, lignum,  
vel aliud hujusmodi, quod calorem & ignis formam in-  
se recipiat. Frigus nunquam efficit glaciem, nisi adsit  
aqua, similisvè liquor, qui vi illius concreset, & gla-  
ciei naturam suscipiat. Gallina nunquam parit pullum,  
nisi præjaceat ovum, ex septimanarum aliquot incubatu-  
varias mutationes suscipiens, tandemque in gallinam tran-  
siens. Sic & in artificialibus, artifex non parat cistam,  
calceum, clavem, &c. nisi in promptu habeat asseres,  
corium, ferrum, adeoque materiam, in quam agat, seu  
que laborem vel actiones artificis recipiat. Paro modo in  
negotiosis moralibus seu civilibus causa. Efficiens nullum effe-  
ctum producit, nisi adfuerit præexistens aliqua materia  
seu objectum, circa quod agendo versetur. Magistratus  
sub-

subditos non gubernabit, nisi habuerit subditos, qui gubernentur. Ictus jus non interpretabitur, nisi existat jus, cui interpretatio applicetur. Medicus corpus non sanabit, nisi detur corpus, quod sanitatem recipiat. Idem judicium de cæteris. Cum ergo haec ita sint, nec mercator nec alius quisquam assecurationem unquam ritè contrahet, nisi adfuerit materia aliqua seu objectum, super quo assecratio fiat. Proximum itaque est, ut cum de assecrationis causa Efficiente in præcedenti capite egerimus, in hoc de Materia ejusdem agamus.

II. Est verò assecrationis MATERIA sive OBJECTUM, incertum periculum omnium rerum mobilium, quæ in commercio sunt, ac præcipue navis & mercium varii generis: ut olei, vini, argenti vivi, sacchari, uvarum passarum, ficuum, salis, batyri, cafeorum, &c. Poterunt igitur omnia assecurari, quæ vel jure scripto, vel consuetudine, vim juris habente, assecurari non prohibentur. Prohibentur verò assecurari (1) Merces vel bona ab assecurato in navem non illata. Ordinat. Philipp. II. art. 3. Non entis enim nulla sunt accidentia; sicuti nec emtio rei non existentis, l. 8. pr. de contrah. emt. l. 1. l. 7. de hered. vel act. vend. nec legatum, quod in hoc universo non reperitur, valet, l. 108. §. 10. de legat. l. 1. l. 1. §. pen. de dot. præleg. Hæc quippe assecratio si affectum suum parere posset, sequeretur hoc absurdum, quod privatio Logica posset dari absque habitu præexistente. Quin imò fingens, se merces in navi habere, quas re vera ibi non habet, dolum committit, & quidem talem, qui caulfam contractui dat; eò quod materia contractus assecrationis deficit, & assecrator rerum in navi extantium periculum suscipere intendat, proindequè in eas tantum conseniat. Vid. Stracch. gloj. 6. n. 6. § 7. Gamm. decis. Lusit. 181. n. 2. Molin. de J. § J. tom. 2. tr. 2. disp. 507. n. 8. Scacc. de commerc. §. 2. q. 7. ampl. 10. n. 19. & seqq. Bonacin. theol. moral. tom. 2. tit. de contrahib. disp. 3. quæst. 1. punt. 3. num. 3. Lugo de J. § J. part. 2. disp. 31. sect. 7. num. 100. § 101.

F

Stypman.

Styppman. d. cap. 7. num. 287. & 288. Nic. Schaffhaus. disp.  
de affecur. th. 29. qui, teste Marquardo, ad opposita respon-  
det. Marquard. d. c. 13. n. 23. Et hæc procedunt, quum  
nullæ merces navi impositæ fuerunt. Quodsi verò affe-  
curatus quasdam merces navigio immisit, sed in majori  
quantitate, quam re ipsâ in navi fuerunt, affsecurari cura-  
verit, tunc, naufragio vel direptione fecutâ, affsecurator  
non tenetur, nisi de parte mercium, quæ reapple in navi  
exsticxit. Santern. part. 3. n. 10. & seqq. Stracch. d. n. 6. Bo-  
nac. d. n. 3.

III. (2) Merces affsecurato non missæ. Degit aliquis  
in Belgio v. gr. atque indè factori, ut vocant, suo in In-  
dia præcipit, ut in navi, cui nomen Leonis, merces cer-  
tas sibi mittat, existimansque has merces venturas, aff-  
securationis contractum de illis init: quia autem merces il-  
lae postea ex India non mittuntur, affsecuratio hæc cor-  
ruuit. Si tamen pars illarum mercium mittatur, tenetur  
affsecuratus ad premium affsecurationis pro quantitate mer-  
cium, quæ missæ sunt, & affsecurator ad earundem mer-  
cium valorem, si perierint; non etiam ad merces non  
missas. Ratio hujus decisionis est, quia hic contractus  
censetur factus ex hypothesi, quod merces mitterentur;  
illis autem non missis, defuit omnimode consensus aff-  
secutoris. Item mercium parte solum missâ, defuit si-  
militer affsecutoris consensus, quoad partem reliquam,  
quæ missa non fuit. Et hæc est sententia Molinæ d. disp.  
507. n. 7. Ordinatio autem Philippi II. art. 16. & Ordinatio Amstelrod. art. 22. (quas praxis, non verò Molinam  
sequitur) statuunt, quod nemo bona, quæ nec mittit,  
nec ipsi mittuntur, affsecurari curare possit: si tamen id  
factum fuerit, concedunt ab affsecatore premium affsec-  
urationis repeti posse, dummodo huic pro habita moleftia  
dimidium de centum relinquatur. Grot. isag. ad jurispr.  
Holland. part. 24. p. 155. Loccen. de jur. marit. lib. 2. c. 5. n. 16.  
Kurick. d. diatrib. p. 12. n. 6. Spectat huc illa quæstio, quam  
de falsitate in mercibus asportatis movet, & ferè eadem  
ratione,

ratrone, quā Molina modō expositam, solvit Lugo d. s̄c̄t. 7.  
n. 99. quem, si placet, videas.

IV. (3) Merces & naves assecurationis tempore jam direptæ vel submersæ, assecurato id nesciente. Quamvis enim constaret, merces navi illatas fuisse, navigiumque ante contractam assecurationem jam vela solvisse; si tamen tempore assecurationis factæ merces à piratis raptæ, aut navis capta, vel à fluctibus absorpta fuerit, assecuratio hæc invalida est. Res namque, ad quam fit securitatis promissæ relatio, tempore, quo initur assecuratio, in rerum natura non amplius integra existit, aut non est in commercio ejus posita, ad quem antea spectabat. Deinde assecuator non præteritum, sed futurum & immens periculum in se recipit. Ordin. Philip. art. 4. ibi: Echte Assecurantie mögen gedahn werden op goeder die dietet van der Assecurantie sollen wesen Gepericliert item art. 5. dat ten tyde van der Assecurantie so danich Schip en goet was in Wesen. Elb. Leoninus consil. 22. n. 2. 3. § 8. Christinæus decisi. cur. Beligic. vol. 2. decisi. 103. n. 5. Loccen. c. 5. n. 9. Mastrillus decision. regn. Silsil. lib. 3. decisi. 284. n. 56. Kurick. d. loc. pag. 8. Nisi scilicet expresse hoc actum, ut teneri assecuator velit, etiam si tempore contractus celebrati navis vel merces casus adversos passæ fuerint: id quod ex Pollice apparebit. Deficit h̄c porrò consensus assecurantis, qui si scivisset, nave vel merces jam esse desperditas, huic contractui nunquam se immiscuisset. Deficit demum etiam consensus assecurati, huic quippe (præsuppono eum virum bonum atque integræ vitæ studiosum) si de rebus amissis constitisset, propriâ eum stimulante conscientiâ, assecuratori hasce compedes non injecisset. Similis casui nostro est ille, qui in l. 57. pr. de contrab. emt. continetur: Domum emi, inquit ibi Ictus Paulus, cum eam & ego & venditor combustam ignoraremus, Nerva, Sabinus, Caius, nihil venisse, quamvis area maneat, pecuniamque solutam condici posse, ajunt. Adde & Rot. Genuensi, decisi. 102. n. 4. § 5. Statuta ciuitatis

tatis Florentinæ official. securit. n. 6. Marq. d. cap. 13. n. 27. & 28. Non me quidem fugit, sententiam hoc aphorismo propositam haud arridere doctis quibusdam Viris, uti Molinæ, Gammæ, Stracchæ, Scaccia, Bonacina, Rulando, Stypmanno, alii, qui tamen nullam (quantum videre liquit) rationem aut legem pro sua opinione proferunt. Repesto igitur iactatum illud vetustate proverbium: *Amicus Socrates, amicus Plato; magis amica veritas.* Interim tamen non diffitemur istorum Ód. placitum quibusdam in locis quoad praxin robur suum obtinere; cum & ipsa Ordinat. Amstelrod. art. 20. id approbet, interque cives suos valere jubeat. Absit autem ut hinc universale jus constitutas: non enim ex scitu unius aut alterius populi; sed ex ipsa contractu natura controversia hæc dijudicanda.

V. (4) Merces & naves assencionis tempore jam direptæ vel submersæ, asseturata id sciente. Ordinat. Amstelrod. art. 21. H. Grot. d. part. 24. pag. 153. Si enim is, qui assencionem petit, citius quam alii reciscat, res jam periuissæ, vel in eo statu esse, ut certissimè peritura sint, non potest ab alio, præmio promisso, securitatem rerum illarum exigere. Incertus quippe rei eventus ad hunc contractum requiritur, attestante Filiuicio d. tract. 37. cap. 1. is autem hoc in casu jam evanuit. Uterque etiam contrahentium lucro & damno expositus esse debet, quod conventio hæc æqualis ac justa sit; at hic asseturatus damno non amplius est subjectus, sed lucrum solum, nempe valorem rerum, quæ perierunt, ab asseturatore captat. Adeo & hic dolus asseturati, qui eo ipso, quo petit assencionem, afferit, res illas non esse desperditas, vel se ignorare id factum esse, quod jam evenisse satis edocetus erat. Conf. Stracch. gloss. 27. num. 4. Gamm. decif. 181. n. 1. Molin. d. disp. 507. n. 4. & 6. Leonin. d. conf. 22. n. 9. Scacc. d. § 1. qu. 1. n. 132. Bonacina. d. punt. 3. n. 3. Lug. d. scđt. 7. n. 95. & 97. Ruland. de commiss. part. 4. lib. 2. cap. 16. n. 19. Stypm. d. cap. 7. n. 299. Hahn. ad Wes. x. de præscr. verb. n. 4. Struv. ad ff. exercit. 25. tb.

25. tb. 47. Brandmyll. in manud. ad jus Civ. & Can. diff.  
SPONSIO NON EST LICITA. pag. 481. Marq. d. c. 13.  
n. 29. & seqq. Kurick. d. loc. pag. 9.

VI. Consequens ergo est, ut asscuratus, asscure-  
ratorem hoc pacto fallens, rerum, quæ amissæ sunt, va-  
lorem petere nequeat; sed solum pretium, quod pro asse-  
curatione dedit: solvendo expensis omnes, si quæ factæ  
sunt in celebrando hoc contractu, atque satisfaciendo as-  
secutori, si quod aliud damnum ei emerit, aut lucrum  
ei cessavit, ob hunc contractum, quia forte ea de causa  
desstitut ab alio contraactu, in quo aliquid lucratus fuisset.  
Ita sentiunt Molina d. n. 4. Et Lugo d. n. 95. Verum  
Marquardus d. loc. num. 30. existimat, asscuratum teneri  
implere hunc contractum, in poenam, quod fallax asserue-  
rit, asscuratoremque deceperit, arg. l. 13. §. 6. de aſ-  
emt. Adeò, ut asscurator quod accepit retinere, &  
nondum solutum ac residuum pretium exigere queat: ve-  
luti datum ac promissum ob assecurationis causam, quæ,  
etiam si periculum ipsum cessit, non deficit. Maximè in  
sciente, qui sibi imputet, quod mentiendo alium defrau-  
dare, bonam fidem evertere, nec non clandestini instar  
furis, cui mendax similis est, arg. l. 68. in fin. ad L. Falcid.  
glos. vid. Gothofred. lit. a. alienis pecuniis infidili volue-  
rit. Asscuratus igitur, qui hoc modo asscuratorem ad  
contrahendum pellicit, hunc contractum vitiat in odium  
sui, & favorem asscuratoris; quemadmodum in simili  
casu loquuntur Santern. de aff. part. 3. n. 15. & 19. & Stracch.  
gloss. 6. n. 9. Imò addit hic, quod hujusmodi fraudatori  
præter jam dicta, crimen etiam Stellionatū possit  
objici.

VII. Unde autem colligi queat, asscuratum casus  
finistri notitiam habuisse, ejus rei variis investigandi mo-  
dos Dd. hic tradunt. Communiter illa scientia colligi  
solet præsumptione ex itineris distantia, & temporis spa-  
tio, quod intra assecurationis contractu diem, & illud  
momentum, quo merces perierunt, effluxit, Gamm. d. n. 1.

F 3

Marq.

Marq. d. n. 30. Hinc dicit Ordinatio Amstelrod. art. 21.  
 Quod, si tantum temporis à tempore submersionis, corruptionis, vel deprædationis intercesserit, ut interim assecuratus, mari vel terrâ, notitiam hujus casus habere potuerit (tria millaria in duas horas computando,) tunc assecratio irrita & nulla sit; præsumaturque assecratum idipsum tempore assecrationis factæ jam scivisse, nullâ in contrarium probatione admissâ. Ab his diversum sentit Molina d. loc. n. 5. cum Alv. Valasc. consult. 64. n. 9. reputantes, scientiam ex sola temporis mora, in quo numerius advenire potuit, non sufficienter probari; cùm variis de causis haud raro coatingat, ut nuncius in itinere retardetur, ita ut intra prædictum tempus loco se non sttere, idque assecratus ignorare possit. Äquius autem judicat, si prudentis arbitrio ex circumstantiis concurrentibus id censendum relinquatur. Idem urget Stracch. gloss. 27. n. 6. contendens, totum hoc negotium religioni judicantis committendum esse, juxta l. 137. §. 2. de V. O. Nam in universum, ait idem, quoties de tempore queritur, religioni jus dicentes id committitur, l. 16. §. fin. cum l. seq. ex quib. caus. major. in integr. ref.

VIII. An autem, & quare hæc casus sinistri notitia per conjecturas, verisimilitudines, præsumptiones & indicia probari possit; de eo videatur Scacc. d. q. I. n. 158. Item: An istæ probationes de notitia casus adversi sint arbitrariae, n. 159. Item: An multæ oriri possint conjecturæ ad conjecturandum notitiam casus sinistri, & quæ sint hæc conjecturæ, n. 160. Et multis seqq. Observandum hic adhuc, sub præsenti casu non contineri eas merces vel naves, de quibus assecratus (qui diu nihil de iis exaudiverat) dubitas, an salvas an desperditæ sint, caveri sibi curat in eventum Boni vel Mali nunciæ. Hæc enim in specie si assecratus juramento probare velit, ante cautionem præstitam nihil certi sibi de damno constituisse, tenetur assecrator assecrationi stare, vel, assecratum scientiam dieti casus habuisse, probando evincere. Ordinat.

dinat. Amstelrod. art. 6. § 21. Loccen. d. c. 5. n. 3. Marq. d. loc. n. 33. Kurick. d. pag. 9. § 13. n. 7.

IX. (5) Merces & Naves assecurationis tempore jam in tuto existentes, assecuratore id sciente. Quodsi etenim assecurans ex amicorum literis clam alii perdidicent, hasce res in propositum portum jam salvias penetrasse, & postea contractum assecurationis cum assecurato ineat, suā sponte hic contractus collabascit. Contractus siquidem avertendi periculi (loquor cum immensa doctrinæ & accurati judicii scriptore Hug. Grotio J. B. § P. lib. 2. cap. 12. num. 23.) quen assecurationem vocant omnino nullus erit, si contrahentium alter rem, de qua agitur, aut salvam quò destinabatur pervenisse, aut periisse sciverit: non tantum ob paritatem, quam exigit contractuum permutteriorum natura, sed quia propria materia hujus contractus est damnum sub ratione incerti. Nihil igitur pretii assecurator nomine hujus contractus ab assecurato jure petere potest; & si quid jam accepit, ad ejus restitutioinem tenetur. Debet item assecurato refundere, si quid in contractu hoc celebrando expensum sit, atque resarcire omnia damna, quæ ob assecuratoris dolum assecurato obvenerunt. Contractus quippe hic confessus fuit per dolum dantem causam contractui. Nam, si is, qui petit assecurationem, competitum habuisset, navem & merces determinato portu jam potitas fuisse, non utique contractum hunc iniisset, aut quicquam assecuranti tradidisset. Jung. Molin. d. n. 4. § 6. Bonacini. d. n. 3. Lugo d. n. 95. § 97. Filliuc. d. c. 1. Leon. Consil. 22. n. 7. Loccen d. n. 8. Hahn. d. n. 4. Struv. d. th. 47. Brandm. d. pag. 481. Joh. à Felden in annot. ad H. Grot. de J. B. § Pac. lib. 2. cap. 12. n. 23.

X. Quærunt hoc loco quidam Scholasticorum: An is, qui per Astrologiam novit, in mari non futuras tempestates; aut ex Amicorum literis percepit, mare à piratis liberum ac tutum futurum: an, inquam, qui hæc ante contractam assecurationem scit, eo contractu cum alio celebra-

celebrato , tantum præmium petere & accipere queat ,  
 quantum peteret & acciperet aliis , qui hæc ignoraret ?  
 Resp. In Negativam propendunt Bonacina & Lugo : Af-  
 firmativam amplectuntur Lessius , Frilliarius , &c. Nos  
 posterioribus calculum nostrum apponimus . Scientia ete-  
 nim non futuræ tempestatis in mari , quæ ex Astrologia  
 hauritur , ut plurimum fallax est . Nautæ quidem ex si-  
 derum motu , situ , aspectu & lumine , multa per expe-  
 rientiam didicerunt : quomodo v. c. quando , & ubi com-  
 modè sit navigandum : an præsenti die infest tempesetas :  
 quo tempore aëstus marinus ebullire incipiat aut desinat ,  
 magisque vel minus pontum inflet , ubi locorum commo-  
 rentur , & similia . Nequaquam tamen vel Nautæ vel ipsi  
 Astrologi ex stellarum collocatione certò prædicere que-  
 unt , quòd in tanto temporis spatio , quo res assecuratae  
 ad destinatum locum pertingant , nulla maris perturbatio  
 extitura sit . Nonne repentina sæpius in pelago oritur  
 tempestas , quæ nec à nautis nec ab astrologis prævisa  
 fuit ? Nonne hinc maris *pellacia* nomen invenit , quòd  
 nautas suā tranquillitate ad navigandum pellectos fallat ,  
 in horrendas tempestates subito erumpens ? Indè naturæ  
 indefessus scrutator Lucretius lib. 2. de n. s. rer. nautis hæc  
 præcepta dat :

*Infidi maris infidias viresque columque  
 Ut vitare velint , néve ullo tempore credant  
 Subdola cùm ridet placidi pellacia ponti.*

Nonné etiam illi flatus , qui terræ motus efficiunt , &  
 postmodum è cavernis suis erumpunt , uno momento  
 haud raro mare ita violenter invadunt atque exagitant ,  
 ut vix navis aliqua in æquore salva remaneat ? Hanc ve-  
 rò flatuam eruptionem ex astrorum dispositione quem  
 semper prævidere posse , illud est , quod per negamus .

XI. Relatu digna sunt , quæ Philosophica scientiæ  
 primus condus Derodon dans son discours contre l'Astrolog.  
 Judiciair , au commenc. de astris ipsorumque effectis edisse-  
 rit : *Les Philosophes* , dicens , remarquent trois sortes d'effets  
 futurs

futurs dans la nature; les uns qu' ils appellent nécessaires, les autres probables, & les derniers libres ou purement contingens. Les effets nécessaires sont ceux, qui ont une cause nécessaire dans la nature, qui les doit produire infailliblement, comme les conjonctions des Planètes, ou leurs Eclipses, qui procèdent d'un mouvement certain & réglé des astres, & ainsi ces effets peuvent être certainement connus & prédits dans leur causes. Les effets probables sont ceux, qui ont une cause seulement probable & dispositive en la nature, comme le tempérément de l'air & de l'homme, sur lesquels les Astres donnent vrai-semblablement quelque disposition. Et enfin, les effets libres ou purement contingens, sont ceux, qui viennent d'une cause libre, ou bien purement contingente, comme sont le mariage, la guerre &c. qui dépendent du conseil libre ou de la volonté des hommes. h. c. Philosophi tria genera effectuum futurorum in natura observant; alios appellant necessarios, alios probabiles, alios denique liberos & mere contingentes. Necessarii effectus sunt illi, qui causam necessariam in natura habent, quæ infallibiliter illos debet producere, ut conjunctioes Planetarum, aut eorum Eclipses, quæ ex certo & ordinato stellarum motu proveniunt, & ita in suis causis hos effectus certò quis præcognoscere & prævidere potest. Probabiles effectus sunt ii, qui solum causam probabilem & dispositivam in natura habent, ut tempérémentum aëris & hominis, in quo astra verisimiliter aliquam influentiam habent. Liberi tandem aut purè contingentes effectus sunt illi, qui à causa libera, aut purè contingente oriuntur, uti sunt matrimonium, bellum &c. quæ à libero consilio aut à voluntate hominum dependent.

XII. Ex hisce colligi potest, effectus. quos ratione tempestatum ex astris discimus, non esse necessarios, sed tantum probabiles; cum tempérémentum aëris, sub quo est tempestas continetur, probabilis saltem astrorum effectus sit, qui aliter atque aliter se habere potest: eosque proinde assūcationem illam, quin eo, quo dictum est, modo fiat, non impedire. Clarius atque dilucidiū idem

G

affirmat

affirmat pià memoriam Venerandus Summusque Theologus Frider. Spanhemius, Academiae Lugduno-Batavæ Lumen quondam splendidissimum, dubior. *Evangel. part. 2.*  
*dub. 33. n. 6.* ubi dicit, quòd ex astri vel constellationis dominantis observatione argumentum duci possit at siccitates, tempestates, eluviones, & id genus alia prædicta, sed illatione tantum *probabilis*; quia præter causas illas universales & remotas, alia multæ intercedunt, quæ ad vim ab æthere de minimis vel remittendam, vel arcendam profrus, multum inomenti habent. Adde & Cl. Joh. de Mey *sacr. Phisic. part. 1. cap. 1. loc. 6.* Quandoquidem itaque conclusiones, quæ ex sideribus petuntur, probabiles saltem sint, tempestasque contra astrorum dispositionem & astrologorum conjecturas in mari oriri possit, ex hoc capite asscurans prohiberi nequit, quin pro hac asscuratione tantum pretium percipiat, quantum perciperet is, cui hæc incognita. Nec alterum caput tantum est, ut asscurator propterea minus, quam aliis acceptare debeat ab eo, qui asscurationem exigit. Posito enim, asscuratorem ex amicorum literis intellexisse, quòd piratae hoc vel isto tempore omnino naviare nolint, & forte consilium illud jam mutare nequeant; alia tamen pericula navi & mercibus asscuratis accidere possunt: puta arresta, repressalia, mercium corruptio, navis combufo: item ea, quæ jus Hanseaticum Maritimum tit. 10. enumerat.

XIII. (6) Merces illicitæ, in quibus mercaturam exercere prohibitum est. Quamvis enim asscurator generaliter mercium, in certa navi existentium, periculum suscepisset, susceptio tamen ista periculi haud quaquam ad veritas merces trahenda est; cum in mercibus illicitis nullum sit commercium. Unde, si asscurator ante ignoraverit, ejusmodi merces in navi fuisse, illæque, tanquam illicitæ, à Fisco alicubi auferantur, non tenetur asscurator ad illarum valorem asscurato restituendum; culpa namque & dolo asscurati hæc merces clam asscuratore

ratore navi immisæ fuerunt. Vide hac de re elegantem textum in l. 3. C. de nautic. fœn. Stracch. gloss. s. n. i. § 2. Ruland. d. loc. n. 9. Stypm. d. c. 13. n. 289. Loccen. d. c. 5. n. 7. ubi ex Santerna addit: Si verò istiusmodi merces integræ & salvæ domum venerint suscepторi periculi, premium pro iis petenti, non denegabitur; ille enim bonâ fide pactus est. Quenam autem sint & dicantur merces illicitæ, non usque ad eò expeditum, cum illæ, quæ alii cubi veritæ, alibi sint licitæ. Sic frumentum extra provinciam portari, multis in locis prohibitum est. Marq. d. tract. lib. 2. cap. 1. num. 35. Et de jure Justinianeo, frumentum commerciorum causâ ad hostes Imperii Romani non sine capitio periculo exportare licet. Frumentum enim hostiis venundari, leges vetant, l. 11. pr. de publican. § 7. c. 1. vñ. gal. cum Romano Imperio perniciosum, & prædictioni proximum sit, hostes, quos indigere convenit, frumento adjuvare ut in simili casu ratiocinatur l. 2. C. quæ res export. non deb. Stracch. d. gloss. s. n. 4. § 5.

XIV. Idem jus inhibit facultatem ad barbaricum transferendi vini, olei, & liquaminis, nec gustus quidem causâ, aut usûs commerciorum, l. 1. C. d. tit. Sub pœna quoque capitio in prædicto Jure interdictum est, hostibus & barbaris vendere, & ad illos transportare ferrum, citem ferro subigendo, loricas, scuta, arcus, sagittas, spathas, gladios, vel alterius cujuscunque generis arma, d. l. 11. de publican. d. l. 2. C. quæ res export. l. un. C. de littor. § itin. custod. lib. 12. Nov. 85. c. 1. Stypm. d. loc. part. 3 c. 6. à n. 87. ad 94. Klock. de arar. lib. 2. c. 25. n. 47. In hostium etenim partibus est. qui bello necessaria hosti administrat: sicut verè sed paulò alio in casu Imp. Justiniano respondebat Amalésuenta Gothorum Regina, apud Procopium lib. 1. de bell. Goth. Quod & hodie Magistratus passim observantes tormenta, aliasve machinas bellicas, pulverem item tormentarium, sulphur, pulverem nitratum, ferrum, lignum, aliaque, quibus unctione exteræ contra nos robustiores redderentur, extra patriam eve-

here subditis sub gravissimis poenis interdixere. Marq.  
d. c. 1. n. 46. & 47. Si quis verò novisse cupiat, quæ  
nam in specie merces hoc tempore inter vetitas compu-  
tentur, præ ceteris consulat Leonis ab Aitzema *Tract. His-  
panico-Belgos*, in *bistor. pac. Belg.* pag. 710. ut & Diarium  
Europ. contin. 6. in append. tractatilis Galliae Regis cum Civitati-  
bus Hanseaticis An. 1655. die 10. Maj. Lutetiae Pariforum init.,  
item Continuat. 7. art. 27. pag. 368. Fœdus Galliarum Regis  
& Confederati Belgic. An. 1662. consuetum, ut & Append. Con-  
tin. 7. art. 11. pag. 364. Instrumentum fœderis inter Reges Bri-  
tannie & Suecie An. 1661. die 1. Octobr. Londini conclusi. Hic  
recenseri videbit omnia arma ignita, eorumque appar-  
atus: qualia sunt, tormenta, bombardæ, mortaria, pe-  
tardæ, bombi, granatae, saussure, circuli picati, tormentariorum  
sustentacula, furcæ, balthei, pulvis tormentarius,  
restes igniariorum, sal nitrum, globi, hastæ, gladii, galeæ,  
cassides, loricæ, bipennæ, spicula, equi, catapultarum  
thecæ, aliaque instrumenta bellica. Item frumentum,  
triticum, legumina, sal, vinum, oleum, vela, restes,  
ephippia &c. quæ omnia Gallis dicuntur *les marchandises*  
*de contrebande*. Conf. Kurick. quest. illuſtr. 18.

XV. Præterea & legibus Impp. Romanorum capita-  
lis poena dictata fuit iis, qui conficiendi naves incognitam  
antè peritiam barbaris tradidissent, l. 25. C. de pœn. Et  
Jure Canonico c. 6. & 17. x. de Jude. & Sarrac. excom-  
municantur, rerum suarum privatione multulantur, at-  
que capientium servi fieri jubentur, qui contra ipsum  
Christum & populum Christianum Sarracenis arma, fer-  
rum, ligamina galearum deferunt: ii etiam, qui galeas  
eis vendunt, vel naves, quique in piraticis Sarracenorum  
navibus curam gubernatoris exercent, vel machinis, aut  
quibuslibet, aliis aliquod eis consilium, vel auxilium in  
dispendium terræ sanctæ impendunt. Sic quoque An.  
1563. in communi conventu, Lubecæ habitu, Civitates  
Hanseaticæ publico decreto prohibuerunt, ne commer-  
cio Christianorum, barbari, & imprimis illius temporis  
Moscho-

Moschorum tyrannus Johannes Basilides, rariores artes  
ipsis ignotas, & quæ ad rem navalem, militarem & tor-  
mentariam pertinent, edocerentur. Thuan. *bif. lib. 36.*  
At verò licet hujusmodi edicta & pœnæ prudenti & Rei-  
publ. Christianæ utili coñilio fuerint constituta: ne vide-  
licet subditi suis ingeniis & arte barbarum vires contra se  
atmarent & instruerunt; serum tamen nimis videtur, ho-  
die tale quid prohibere. Hæ etenim artes omnibus fer-  
me populis nunc cognitæ sunt, aut peritorum industriâ  
pecunia studio passim traduntur. Loccen. *d. loc. lib. 1.*  
*cap. 2. n. 2.*

XVI. Quibusdam etiam in regionibus prohibita est  
exportatio, & consequenter asscuratio, pecunia, auri  
& argenti infecti: qua de re pluribus tractant Le Cou-  
seill. *d'Estat au chap. 42, pag. 213 & seqq.* Bodinus de Re-  
publ. *lib. 6. cap. 3.* qui tamen hoc nec præcaveri posse,  
nec Reip. utile esse videri, existimat. Klockius *d. loc. cap.*  
*24. per tot. alii.* Lœquuntur scil. rerum gestarum monu-  
menta, quòd Reip. Moderatores extra fines territorii pe-  
cuniā &c. prætextu exoticarum mercium ad exterios ex-  
portari non facilè patientur, quodque multorum Princi-  
pum legibus id quam severissimè interdicatur. Imp.  
Gratianus, Valentianus & Theodosius *in l. 2. C. de com-*  
*merc. & mercat. suppliciis coercendos esse volunt, qui bar-*  
*baris aurum præbent: permittunt verò Romanis merca-*  
*toribus, ut liceat ipsis aurum apud barbaros inventum,*  
*subtili ingenio his subtrahere & auferre.* Concludit hinc  
Ant. Peretzius *comment. ad d. tit. C. n. 1. in fin.* Hispanos  
eiusmodi subtili ingenio usos, nuper ab Indicis populis  
aurum optimo jure sibi vindicasse: quæ an cum veritate  
historica, senioribusque Politica principiis, convenient,  
nunc inquirere haud licet. Cœterum in Recessibus Im-  
perii Germanici saluberrimè quoque cautum, ne argen-  
tum & aurum infectum, vasa etiam argentea, præter-  
quam deaurata, item ducati probi, aurumque Rhenanum  
signatum ullo pacto exportentur; fecus facientes, cor-  
pore

pore bonisque multentur. Petr. Deniſius in *jur. Cameral.*  
tit. 192. num. 20. § 47. ubi Reſeffus enumerat, in quibus  
hęc ita disponuntur.

XVII. Tale decretum, de pecunia non exportanda  
publicatum, valde urgebat Sapientissimus Elector Paſati-  
nus Fridericus III. An. 1569. cū Italī merces & pecunias  
abſtulerat, & Heidelbergam transferri curaverat. His-  
toriam hanc plenē ita narrat gravissimus Historicorum  
Thuanus *hijt. lib. 43. tom. 2. pag. 2.* Paſatinus ſeptemvir  
An. 1568. cognito, commercii liberi ſpecie magnam mo-  
netā vetitę luminam ab Inſtitutoribus Italī per Germaniam  
ſecundo Rheno exportari, Manhemii, qui locus veſtigali  
exigendo deſtinatus eſt, navigium per ſuos XII. Kalend.  
Martii in ibet, & omnes merces in illud impositas, pecu-  
niā item, Heidelbergam transferri curat, ubi & ejus  
deſcriptio facta eſt. Et licet Genueneses cum commenda-  
tūis literis Sabaudiae Ducis eadem reponcerent, Paſatinus  
contra Imperii Decretum, An. 1569 de moneta non ex-  
portanda promulgatum,urgebat, & poenam defraudati  
veſtigalis commiſſam arguebat, dimiſſis cum rei, uti ge-  
ſta erat, teſtimonio publico Mercatoribus ac Nautis. Sed  
contentio iſta Albani Ducis interventu tandem compoſi-  
ta fuit, videlicet ut Genueneses ſe culpā minimē vacaſſe  
vel caruiffe oſtenderent. *Hęc Thuanus.* In Reſeffib⁹  
Haneſaticis antiquis ſimiliter ita statuitur: Nemo merca-  
torum, ex hiſce ciuitatibus aurum argentoꝝ in ext-  
ra loca, pro artificiis inde conſidiens & abſumendis expor-  
tabit. *Reſeff. de An. 1418. § 1427.* ſub poena vitę & bono-  
rum. *Reſeff. de An. 1417, feſto Pentecōſteſ.* Marq. d. loc. lib. 3.  
cap. 5. n. 12.

XVIII. Ita & in Anglia conſtitutio obtinet, ne quis  
pluſ pecuniae, quām quod viatico ſufficiat, ē regno eſ-  
ſerat, ſuperfluum Inquilitatores & Visitatores Filco regio  
adjudicant. In hofce Inquisitores, referente Cl. Schri-  
vio in *vit. Erasm.* celebris ille literarum instaurator Desid.  
Erasmus incidit, qui à Rege Henrico VIII, ob religionis  
cauſam

causam in Angliam accersitus, cùm finito colloquio,  
 quinquaginta aureis sive Angelottis Anglicis à Rege do-  
 natus esset, vicissim abiret, ab iis dono regio, pauxillo  
 & ad revertendum sufficiente ipsi reliquo, privatus est.  
 Cessit tamen post Erasmo hoc infortunium in pinguis lu-  
 erum. Jacturam siquidem ablatae pecuniae ægræ ferens,  
 cùm apud Regem de damno conquestrus esset, duplum  
 accepit. Sic & in Moscovia & Russia prohibitum est,  
 quicquam argenti ex Principatu isto evehere, nisi id fiat  
 ad redimenda mancipia, aut persolvendum Iytron pro  
 iis, qui in bello ab hoste capti fuere. Klock. d. c. 24. n. 4.  
 § 5. Hac autem mercium circumscriptione naturæ liber-  
 tas haud tollitur, sed pro cuiusque populi aut civitatis  
 conditione ei nunc aliiquid additur nunc detrahitur, l. pr.  
 de J. § J. Libertas etenim hæc civitati civibusque ple-  
 rumque nocet, ut superius jam indicavimus, sentitque  
 nobiscum idem Consultiss. Mevius comm. ad Jus Lubecens.  
 lib. 3. tit. 6. art. 12. n. 4. Verum utut hæc ita se habeant,  
 & auri argenteique exportatio regionibus quibusdam in-  
 terdicta sit; non tamen id ubique receptum. Non vi-  
 gent enim hujusmodi prohibitiones in Gallia, Hispania,  
 Portugallia, India utraque, Polonia, Suecia, Dania, Hun-  
 garia, Italia, &c. Hinc pecuniam quoque sub mercibus  
 in assecuratione contineri, adstruunt Santern. d. loc. part.  
 4. n. 61. 62. 63. Scacc. d. q. 1. n. 133. Filliuc. d. tract. 37.  
 c. 1. Lugo d. loc. n. 102. Marq. d. cap. 13. n. 19. Et lib. 2.  
 c. 1. n. 14. 15. 16. Contendunt item Saterna d. loc. n. 64.  
 65. 66. & Marq. d. c. 1. n. 17. sub mercis appellatione etiam  
 gemmas, margaritas & annulos comprehendendi. Quo ve-  
 rò cum temperamento hæc sententiaæ sint accipiendæ, quas-  
 que patiantur exceptiones, ne nimis prolixus simus, jam  
 non exponimus: factum id à Santerna & Marquardo mo-  
 dò allegatis locis, quos, cui non displicet, audeat. Hoc  
 faltem adhuc annexere placet, Ordinationem Amstelrod.  
 art. 17. edicere, quod merces facile corruptibles, appa-  
 ratus bellici, aurum, argentum, sive id sit factum, sive  
 in

in rudi adhuc materia consistat, sub generali mercium denominatione non comprehendantur; nisi hæc in Pollice clarè designentur, atque specificè exprimantur. H. Grot. d. part. 24. pag. 153.

XIX. Inter merces (vocem hanc latè accipientes per l. 1. §. 1. de tribut. atl. ubi mercis vocabulum ad omnes negotiationes extendendum dicitur.) illicitas postremò computamus Dignitates, Præbendas & Munera, tam Ecclesiastica quam Politica. In hisce etenim, quamvis pessimè, mercaturam & nundinationem sèpius exerceri, nemo negabit. Firmat hoc testimonio suo Bodin. de Republ. lib. 6. cap. 2. n. 651. Omnia sordiderum mercatura generum, inquiens, quæ multa ac varia sunt, nullum sordidius, nullum turpis, nullum detestabilius, magistratum & honorum mercaturâ, &c. Et lib. 5. cap. 3. n. 548. Est, ait, in omni genere civitatum turpissima & pernicioſissima honorum ac præmiorum, quæ virtuti debentur, mercatura. Assecurationem verò in hisce haud raro à prohibiti lucri & donorum cupidis adhiberi, de eo magistra rerum experientia proh dolor! nos minimè dubitare finit. Ubi etenim officia & munera pretio praefstant, ibi qui plurimum apud Principem vel in Republica valent, dignitatem aliquam potenter asscurant, certioresque faciunt, se effecturos, ut istud officium nulli alii quam huic asscurato conferatur: hac tamen cum conditione, ut pecunia, quæ fisco debetur, solutâ, ipsiis ab honores illos ambiente certum aliquod præmium pro hac molestia & labore promittatur & tradatur. Quæſuariam autem hanc beneficiorum, munerum ac dignitatum venalitatem tam in sacris, quam in profanis Juri nostro manifestè adversari, liquidum ex l. 31. C. de Episc. & Cler. Nov. 6. c. 1. §. 9. Nov. 123. c. 16. l. un. C. ad L. Jul. repet. l. un. C. de perfectiss. dignit. lib. 12. Nov 8. c. 7. Conf. Klock. d. loc. lib. 2. cap. 9. à n. 1. ad 32. ubi testimonia Veterum de turpi hoc commercio, item exempla Imp. Romanorum,

rum, malum hoc pœnis coercentium & abrogantium,  
venit st̄e percenset.

XX. Pontificiorum Simoniam, quam Basileensium  
Antecessor Excellentissimus, Præceptor item ac Promoto-  
tor noster, omni amoris ac honoris genere prosequendus,  
Jacobus Brandmyllerus in sua manu. ad Jus Canon. & Civil.  
diff. SIMONIÆ MENTALIS EST POENA egregiè per-  
stringit; silentio præterimus. Deploranda verò Gallis  
perverba Gallia consuetudo quā ibi munera & dignita-  
tes pretio vendunt. Unde & Vir eruditione atque mul-  
tijugā rerum experientiā insignis Le Bret. au liv. 2. de la  
souver. du Roy. chap. 5. merito hanc nundinationem ita de-  
testatur: C'est une ruine de plusieurs familles: un desespoir des  
Peres, qui au lieu de recevoir à benediction le nombre d'enfans,  
qui Dieu leur donne, sont constraint de dire avec Tertullian.  
lib. 1. ad uxor. liberorum voluntatem nunc amarissimam  
esse. Et paulo post. In summa. Comme Homere Iliad. 5.  
nomme le vaisseau, dans lequel Helene fut enlevée ἀχωναντί, pour  
ce que de là toutes sortes de maux arriverent à la Grece, nous  
pouvons aussi donner ce même nom à cette venalité des offices en  
France, i. e. Hæc (nundinatio scil. munerum) est pluri-  
marum familiarum ruina: Parentum desperatio, qui, cum  
benedictionis loco habere deberent liberorum copiam,  
quos Deus ipsis dedit, dicere coguntur cum Tertullia-  
no, &c. Et paulo pôlt. In summa, Ut Homerius Iliad. 5.  
navem, quā Helena abducta fuit, ἀχωναντί vocat, quo-  
nam ex ea omnia malorum genera ræciae obvenerunt,  
ita & nos idem nomen huic officiorum nundinationi in  
Gallia tribuere possumus. Abominandum hunc morem  
quoque execratur politici scientiæ instrudiſſimus hodier-  
ni Regis Galliæ Ludovici XIV. primū Præceptor, ac  
dein Archiepiscopus Parisiensis Hardouin de Prefixe dans  
l'histoire du Roy Henry le Grand. Postquam enim monſtri  
hujus originem & incrementum pag. mihi. 453. & seqq. de-  
clarasset, pag. 458. narrationem hanc pulchro hoc epiphō-  
nemate claudit: Il n'est point besoin de dire les inconveniens. &  
les

les maux, que cette méchante invention a causée & cause tous les jours; Les moins éclairez les connaissent assez, & voyent bien que c'est un mal, auquel il est fort nécessaire, mais certes tres-difficile présentement de remédier. h. e. Non opus est reterre turbas & mala, quæ ex pessima hac inventione nata sunt, & quotidie nascuntur. Qui vel minimum judicij habent, ea lati neverunt, videntque hoc malum esse, cui valde necessarium est, sed profectò difficillimum nunc mederi. Conjung. Thuan. hist. lib. 132 ad An. 1604. pag. 1052. Barclaj. icon. Animor. cap. 15. paulo ante fin. Marq. d. lib. 2. c. 10. n. 64. & seqq.

XXI. (7) Vita hominis. Ordinatio quippe Amstelrod. artic. 24. his verbis istam assecurationem inhibet: Oock en sullen gheene assecuranzien mogen gedaen woerden opt Leven van enige Lyden oft Persohnen noch op weddingen van Reyffen oft Voyagien ende berglyke inventien: Ende in dien zulcs gedaen waerde, sal al t'silve nul ende geender waerden wecess. Suppetias huic Statuto fert Ius Justinianum, negans, mercis nomine homines contineri, l. 207. de V. S. liberi hominis emtionem aut venditionem esse, l. 6. in pr. l. 34. §. 2. l. 70. de contrah. emt. Liberum etenim corpus extimationem non recipit, l. 3. si quadrup. paup. fec. dic. l. 1. §. 5. de his qui ejet. vel effud. Ruland. d. c. 16. man. 4. Stypm. d. cap. 7. n. 277. Marq. d. lib. 2. cap. 1. n. 20. Kurick. d. loc. pag. 9. in fin. Etsi autem ita sint constituta, hodie tamen non ita strictè observantur: sed frequentissimus est contractus, quo quis pro aliquo pretio vitam aliquius securam reddit ita, ut si ante determinatum tempus mortuus fuerit, assecuator certam pecunia summande solvat. Videhis Molin. d. disp. 507. n. 12. Scacc. d. §. 1. q. 1. n. 128. 133. & 142; ubi formulam assecurationis seu Pollicem de vita hominis, certo tempore duratura, exhibet. Bonac. d. loc. n. 6. Filliuc. d. cap. 1. Lugo d. scit. 7. n. 103. qui dicit, quod hoc modo pro pretio Episcopi vita assecurari soleat, vel beneficiarii accipientis pecunias mutuo pro

Bulla.

Bulla. Hahn. d. n. 4. pag. 1082. Kurick. d. loc. pag. 10. in  
pr. Scaccia quoque & Lugo dd. locc. afferunt, hominis li-  
bertatem, si per hostium vel hæreticorum loca iter fa-  
ciendum, & captivitatis periculum sit, pro certo præmio  
assecurari posse.

XXII. (8) Locarium Nautarum, &c. Nam in Or-  
din. Philip. II. art. 9. & Ordin. Amstelrod. art. 11. decimū  
est, quod nullus nauta sive primi, medii, vel infimi or-  
dinis, faber nauticus, classiarii milites cujuscunq[ue] statūs,  
possint super locario suo assecurationem facere. Cujus  
non potest alia ratio esse, dicit Stypm. d. cap. 7. n. 279.  
Et seqq. quād nondum illud integrum debeatur an-  
tequam finis navigationis impositus, ideoque non possit  
in taxationem venire; vel etiam ut sint diligentiores, si  
sciunt locarium periculo obnoxium. Atque ita quasnam  
species assecurationis Objectum non complectatur, qua-  
tenus ingenium tulit, trutinavimus. Manūsc̄a loco nunc  
quādam adhuc dubia solvemus, & tūm ad Quintum Ca-  
put manū promovebimus.

XXIII. Priusquam verò ad dubia illa accedamus,  
monendum adhuc est, quod mercium, quæ mille libra-  
rum pretium non accidunt, nec tanti emtæ sunt, deci-  
ma pars assecurari non debeat, nec in rationes referri  
possint expensæ teloniorum, nauli, lucrum, quod exspe-  
ctatur, aliaque similia. Si autem merces summam mille  
librarum excedant, totum pretium, quo illæ emtæ sunt,  
assecurari potest; dummodo assecuratus sine assecuratione  
periculum centum librarum in se recipiat. ut & expensæ  
teloniorum, nauli, & similes. Summatim autem nota-  
dum, quod in materia assecurationum generalis hodie  
Regula sit: quod semper decima pars mercium assecu-  
rationis expers esse debeat. Ordin. Philip. II. art. 11. Or-  
din. Amstelr. art. 2. Grot. d. iſag. pag. 153. Stypm. d. cap. 7.  
n. 352. Et 353. Kurick. d. diatr. pag. 11. n. 3.

XXIV. Diximus apb. 2. bū. cap. navem & merces  
esse potissima assecurationis objecta: hoc ut clarius appa-  
reat,

reat, addimus nunc, navem etiam solam seu vacuam interdum assecurari. Bonac. d. loc. n. 3. Scacc. d. q. 1. n. 133. Hinc verò nascitur hæc quæstio: Si quis navis assecurationem simpliciter procuravit; an intelligatur assecurationem impetrâsse de corpore navis tantum, an de mercibus tantum, an de utrisque? Resp. Santerna d. part. 4. n. 69. & seqq. quæstionem hanc esse de contento & continente: cùm autem hæc sint diversa corpora, & assecratio tam in uno quām in altero verificari possit, non faciendam esse extensionem; nisi fortè in altero assecratio sutura sit inutilis. Hinc distinguit tres casus, quos breviter ita ex ipso excerpimus: aut sola navis pertinet ad assecuratum, qui nullas merces habebat, & sola navis est assecurata: aut ad eundem spectant solæ merces in navis posite, & solæ merces sunt assecuratæ: aut assecuratus fuit dominus & navis & mercium simul, & tūm ex circumstantiis præsumendum, an assecuratus de utrisque senserit; in dubio autem hæc assecratio de navi tantum intelligenda. Add. Marq. d. hb. 2. cap. 13. n. 20. & seqq. ubi monet, quod, cùm hæc hodie in Pollice concepta plerumque clariū exprimi soleant, minùs nunc dubii habeant. Cæterum licet sub navis denominatione merces aliquando comprehendantur; non tamen viceversa sub generali rerum vel mercium appellatione navem unquam venire, afferit Styphm. d. cap. 7. num. 285.

XXV. Navem habere sua quāsi membra, l. 44. de evict. instrumenta l. 20. de instr. & instrum. leg. & armamenta l. 6. ad L. Rhod. de jact. l. 2. J. 1. de R. V. veluti gubernaculum, malum, antennas, vela, anchoras & reliqua, præter loca ex jure Civili jam prolata, etiam tradit Straccha d. loc. gloss. 2. n. 5. idque illustrat dicto Cicer. 3. de orator. Quid tam in navigio necessarium, inquietis, quām latera, quām carina, quām prora, quām puppis, quām antennæ, quām vela, quām mali, quām reliqua, que tantam in specie habent venustatem, ut non solum salutis, sed etiam voluptatis causâ inventa esse videantur? Datur nobis inde occasio quæ-

quārendi: An, navi assūratā, ad ejus quoque membra  
īsta securitas extendatur? Resp. Stracca d. gloss. 8. n. 6.  
affirmando, quōd nomen navis complectatur membra seu  
instrumenta navis. Unde sequitur, dicit idem, quōd,  
assūratā navi, si vi ventorum & tempestatis antennae  
fractæ, gubernaculum avulsum, vela amissa, anchoræ  
deperditæ, mali rupti, puppis aut prora seu latera navis  
depressa, armamentavé alia deperdita fuerint, id totum  
ab assūcuratoribus farciendum sit, arg. d. l. 44. de evīd.

XXVI. Succedit aliud dubium: An nempe scapha  
in assūcratione sub navis appellatione contineatur: ita,  
ut si scapha & merces in illa vi tempestatis perirent, assū-  
curator de iis teneatur? Resp. Neg. Scapham etenim na-  
vem non esse, nec quicquam cum navi coniunctum ha-  
bere, docuerunt JCtī in d. l. 44. de evīd. l. fin. de instr. vel  
instrum. leg. l. 3. §. 1. de R. V. est enim per se parva navicu-  
la, binis vel uno remo acta. Vid. Stracch. d. gloss. 8. n. 7.  
qui hæc ita temperat, ut, si ex communi loquendi usu,  
sub navis instrumentorumque ejus scapha comprehenda-  
tur, illi usui parendum esse existimet. Santern. d. part. 3.  
n. 36. § 37. qui putat distinguendum, an illæ merces in  
scapham fuerint translatae navis exonerandæ gratiā, quia  
hæc flumen vel portum intrare nequivat, uti magna navi-  
gia portibus se gravatim insinuant, sicut doctus ille nequam  
Petronius in sayr. pag. mib. 41. loquitur; an alia de causa.  
Quoad priorem casum vult, jacturam & casus contingen-  
tes in scapha perinde debere haberi, atque si in ipsa navi  
contingissent, arg. l. 4. pr. ad L. Rhod. de jact. Quoad po-  
steriorēm verò fēcūs judicat, per jura superiū allegata,  
cum alia sit navis alia scapha, l. 13. §. 1. locat. Jung. Strach.  
gloss. 13. n. 3. Ruland. d. c. 16. num. 11. Vinn. ad Peck. in tit.  
de exercit. act. pag. 80. lit. d. Stypman. d. loc. part. 3. c. 3.  
n. 133. § 134. Loccen. d. loc. lib. 1. cap. 2. n. 6. Et lib. 2.  
cap. 5. num. 14.

XXVII. Ulteriūs quāritur: an navi certā, Pegaso  
y, c, in Pollice designatā, merces in aliam navim trans-  
ferri

ferri possint: ita ut, si novissima cum mercibus interest, asscurator dama hæc reparare cogatur? Resp. Neg. ratio negationis est, quia inter asscurantes singulariter id spectari consuevit, & certam iidem navem, sicut hic, determinare solent, ut merces in hac & non in alia devehantur, arg. d. l. 13. §. 1. locat. l. fin. §. 1. ad L. Rhod. dejst. Non enim par asscurationis ratio, si modò in una modò in altera navi merces per mare ambulent. Sed & hæc ex tenore Pollicis nunc melius dijudicabuntur, cui aliquando clausula innecti lolet, in qua permittitur, quod merces certis de causis ex una navi in aliam transfeiri possint. Conjung. Sant. d. part. 3. n. 35. Stracch. d. gloss. §. n. 2: Et 3. Stypm. d. c. 7. n. 290. Loccen. d. c. 5. n. 14. Marq. d. c. 13. n. 62. Kurick. d. loc. pag. 13. n. II. Et comment. ad jus marit. Hanseat. tit. 3. art. 19. n. 6.

XXVIII. Movetur præterea & hæc controversia: Si quis indeterminate omnium mercium, quæ in navi sunt, periculum in se suscipiat, asscuratusque post asscurationem contractam alias adhuc merces eidem habi immittat, naufragio aut direptione secutæ; an asscurator earum etiam mercium jacturam præstare cogatur, quæ tempore asscurationis celebratae in navi non fuerunt? Resp. Asscuratorem tantum teneri de iis mercibus, quæ tempore asscurationis in navi extiterunt; quæ verò postea navi sunt illatae sub hac asscuratione minimè comprehendendi. Verba namque præsentis vel præteriti temporis ad futura non trahuntur, l. 76. §. 1. l. 89. de V. O. l. 7. de aur. Et arg. legat. Deinde æquum est, voluntates contrahentium magis quam verba inspici, l. fin. C. que res pign. oblig. poss. Ita hic asscurator, et si generaliter locutus fuerit, eas tamen merces tantum asscurare voluit, quas tempore illo, quo fiebat asscuratio, asscuratus in navi habebat, arg. d. l. 7. de aur. Et arg. leg. Addas & l. 32. §. 3. de legat 2. nec non l. 18. §. 12. de instr. vel instrum. legat, in quibus textibus pronunciatur, ea duntaxat præsumi legata, quæ in horreo, fundo, aut domo sunt; non

Non autem quæ postea ex rebus non legatis, testatore ignorante, à legatario legati sui ampliandi gratiâ in fundo congesta, sive in horreum, fundum, aut domum illata fuerunt. Nec aduersatur his d. l. fin. C. que res pign. in qua dicitur, quod ista verba: *rerum ad me pertinentium*, in contractu apposita, tam ad res futuras quam præsentes referantur. Resp. enim, committi hæc fallaciam à dicto secundum quid ad dictum simpliciter. Nam lex hæc loquitur tantum de pignore seu hypotheca. & propter modicum præjudicium, quod est in pignore, (cum pignus seu hypotheca summam obligationis non augeat, ut ad hanc leg. notat Accursius) ita decernit: securus vero est, ubi de magno præjudicio agitur, uti sit in nostro casu; cum, periculo eveniente, assessor ad majorem mercium valorem obstrictus sit. Sant. d. part. 3. n. 42. Et seqq. Stracch. gloss. 6. n. 9. circa fin. Ruland. d. loc. n. 12. Styppm. d. cap. 7. n. 294. Marq. d. cap. 13. num. 37. Et seqq.

XXIX. Afferit Styppmannus d. loc. n. 286, ex Rulando, ut, videtur, d. c. 16. n. 6. quod, si assuratio super certa re fiat, specifica ejus descriptio adesse debeat: non enim sufficit, ait idem, dicere vinum, sed addendum est, an Rhenanum, vel Gallicum sit, cum unum alteri præfet. Elici hinc potest hoc problema, quod etiam Sartena proposuit d. part. 4. n. 61. Si v. gr. lanarum mille ballæ, ut vulgus loquitur, in certa navis generaliter afficerentur, & plures quam mille ballæ in illa nave reperiantur, sintque isthic diversa lanarum genera, puta lana Hispanica, lana Anglicæ, &c. dubitatur, de quānam lana assuratio sit intelligenda? Resp. Vel ex Pollice, vel ex circumstantiis contractus, vel ex mente contrahentium hæc esse discernenda. Add. Sant. d. part. 4. n. 55. Et seqq. ubi de variis coriorum generibus, indeterminate affecratis, prolixè disquirit.

XXX. Retulimus supra, quod multarum gentium legibus interdictum sit, arma bellicumque apparatum hostibus & barbaris vendere, & per consequens securitatem

de

de iis promittere. Hinc quærimus denique: Annē ejusmodi talia, navi ad illius defensionem imposta, assūcūri possint? Relp. Affirmativē, sed cūm aliqua limitatione. Nam ex Ordin. Philip. II. art. 20. nemo navem suam unā cum tormentis aliisque, bellicis instrumentis, ad navem pertinentibus, viētūque & commeatu navalī, aliter assūcurari curare potest, quām sub dimidiate p̄tii, quod navis patronus juxta æquam æstimationem pro hisce rebus dedit. Ab hac constitutione divertit Ordinatio Amstelrod. art. 10. qūæ navium, tormentorum, rerumque aliarum bellicarum assūcūrationem non admittit, nisi infra tres trientes justi p̄tii: inhibitā planē nauili, instrumentorum seu armamentorum, pulveris tormentarii, globulorum, commeatū & similiū rerum consumptibiliū assūcūratione. Grot. d. part. 24. pag. 153. Kurick d. loc. p. 8. Et 9. qui posteriore hanc dispositionem, priori antiquatā, usū passim receptam esse, testatur.

XXXI. Assūcutor autem, qui provide hīc age-re cupit, merces, tormenta, apparatus bellicum, vel etiam carinam assūcūrāns, hæc omnia ante discessum à peritis æstimari curabit: quæ tamen æstimation averſori periculi seu assūcutori non præjudicabit, si probare pos-sit, æstimationem ex affectu, collusione, vel alia arte ma-jorem æquo factam esse. Dolus enim semper vitiat assūcūrationem. Ordinat. Antwerp. art. 10. Ordinat. Amstelr. art. 1. Grot. d. part. 24. pag. 155. Non debet item æstimation ultra communem valorem, sub quoconque eti-am prætextu, fieri. Ordin. Philip. II. art. 12. Ordin. Amstel. art. 2. Stypm. d. c. 7. n. 344. Et seqq. Locc. d. lib. 2. c. 5. n. 7. Kurick d. loc. p. 11. Quodsi verò dicta res abs-que prævia æstimatione mari committantur, & poste-a pereant, quo modo tūm æstimari debeant, vid. apud San-ter. part. 3. n. 40. Et seqq. Strach. gloſſ. 6. n. 1. Et 2. ubi dilquirunt: An ad tempus infortunii & naufragii res-petus haberī debeat; an ad tempus, quo dominus eas res-emit; an ad tempus, quo poterant vendi, si naves sal-væ

wæ in portum venissent. Stymp. d. c. 7. n. 295. statuit, quod, si merces desperditæ fuerint inestimatae, tunc, si tempore ase urationis fuerunt integræ, ille valor inspi ci debeat; non ille, qui obtinuit, quum navis vel mer ces, vel ambo perirent.

## C A P U T V.

De

## Assecurationis Forma.

## I.

**E**xposita Assecurationis *Materiæ*, dicendum est de *For*ma ejusdem. Absque forma enim materia, quatenus est materia, seorsim existere nequit, datque illa huic esse specificum. In Scientia Naturali queruntur Physici, se in contemplatione formarum circa corticem versari, & nucleus invenire non posse. Vas vitreum, inquit Clariss. Sperlingius *infit.* *Physic.* lib. 1. c. 3. explic. ad prec. in gen. instar vulpecular à ciconia elutæ lambimus, pultem que haud attingimus. Fit hoc nimurum, quia fingunt multis formas Substantiales, quæ nil minus quam Substantiæ sunt. Confer. *Heereboord.* disp. *Philos.* vol. 1. disp. 34. §. 1. At verò in formis seu Essentialibus seu Accidentalibus, si legitimè explicitur, non tot ac tantæ se offendunt difficultates; præfertim in Civilibus ac Politicis neclaremus igitur nunc, sicut dictum, FORMAM Assecurationis, qua in periculi susceptione & premii constitutione consistit. Eandem rationem formalem Assecuratio ni etiam affignat Clariss. *Struvius exercit.* ad ff. 25. tb. 47. ubi dicit, formam seu naturam hujus contractus hanc esse, quod alter periculum incertum suscipiat, & alter

I

qua-

quoque ob incertum eventum quid det aut pro-  
mittat.

II. Distribuitur forma assécurationis in formam *Essen-  
tialem & Accidentalēm*. De illa dictum *aph. præced.* Hæc  
est confœctio Pollicis seu instrumenti, quo assécurationis  
contractæ capita & casus continentur: intervenit autem  
illa Pollicis confœctio huic negotio non ut actus ordina-  
tionis, sed tanquam actus probationis. *Jung. Stypm.  
d. c. 7. n. 305. 306. 307. G. n. 385.* Cum hæc divisione vi-  
detur coincidere illa Kurickii d. diar. de Ass. p. 10. quod  
nempe alia sit forma *Interna*, alia *Externa*. Illam, dicit,  
ad essentiā; hanc ad existentiam assécurationis pertine-  
re. Verū, præterquam quod Essentia & Existentia rea-  
liter intrinsecè non differant, demonstrante id eximio  
*Philosopho Verodone. Logic. restit. part. 2. cap. 4. art. 2.  
n. 12. & Metap. ys. part. 1. cap. 3; n. 21. 22. 23.* adeoque rea-  
liter intrinsecè a se invicem separari haud possint, quod  
tamen in forma assécurationis interna, & externa fieri,  
manifestissimum est: dico, assécurationem existentiam  
suam habere, simul atque contractus assécurationis inter  
partes est confœctus, etiamsi nullus Pollex de eo postmo-  
dum conscribatur. Essentia enim atque existentia assécu-  
rationis unā nascuntur, unā denascuntur. Vera autem  
locutus fuisset Kurick, si dixisset, formam Internam spe-  
ciare ad assécurationis essentiam & existentiam; Exter-  
nam verò facere ad meliorem & commodiorem capituri  
assécurationis existentiam observantiamque ne tam facile  
è memoria efflant. Hisce divisionibus prætermis-  
sive paulò aliā profert Marq. d. cap. 13. n. 44. G. 45. quā assé-  
curationis formam dispertit in *Communem* (alii vocant *Ge-  
nericam*) & *Specificam*. Illam, ait, consistere in ipsa sti-  
pulatione, quam variis ac diversis contrahentium formu-  
lis, & aliis subinde clausulis vallare solent negotiantes;  
ceu aliàs in conventionalibus stipulationibus fieri solet;  
*teste Ulpian. l. 52. d. V. O.* quæ in omni quæstionis contro-  
versæ decisione nunquam non sedulò ponderandæ. For-  
mam

nam specificam collocat in ponendo & assignando periculo non quovis, sed isto, quod in itinere marino sive terrestri contingere potest, quo non secuto, haud tenetur assecuator, nec intelligitur cessisse vel venisse dies oblicationis, l. 213. de V. S. &c. Verum quamvis haec distributione, si recte explicetur & applicetur, non spernenda sit; explicatio tamen ejus, que à Marq. suppeditatur, parum accurata est. Quare ejus patrocinium illius Authori relinquimus, nec verbum de ea addimus.

III. Dictum modò, quòd assecurationis forma Essentia lis consistat in periculi susceptione & præmii constitutione. Expendamus igitur nunc primum, quid nomine periculi veniat, & quâ ratione illud ab assecatore suscipiatur: deinceps contemplatur, quæ ad præmii constitutionem requiruntur. Complectitur autem Periculi vox, in genere accepta, omnes casus, qui in mari accidunt: quales sunt, tempestatum violentia, naufragium, vis piratarum, direptiones ab amicis vel inimicis, ignis incommoda, jactus mercium in mare, vitia navis reficiendæ, arrepta, repressalizæ, angariazæ, aliaque media, quibus Reges & Principes naves detinent atque impediunt, quò minus merces opportuno tempore ad destinatum locum pervenire possint. Exprimit hujusmodi casus periculi Rex Philippus II. in formula assecurationis, quam subditis suis prescripsit, atque Ordinationi de Anno 1570. art. 35. inservit, ibi: ende verseteren die vors assureurs den geassureerden, van der zee, vuer, winden, vrienden, vienden, Brieven van Marque, ende contre marke, van arreste, ende detentie van Koningen, Princen ende Heeren wie sie sien, ende van alle pericul ende fortuinien, die dar souden mogen overkomen, in wat maniren dat Sy, ende dat man soude mogen imagineren. His addendum quicquid nequitia vel desidia nauclerorum, nautarum vel aliorum, navi bonisque accidere potest, in quantum alii, vel etiam nauclerus ipse met, indè damnum patiuntur: omniaque alia cogitata

vel non cogitata, solita vel insolita; citra fraudem tamew  
& culpam contrahentium, aut domini mercium vel na-  
vis. Grot. Isag. ad jurisprud. Batav. part. 24. Scacc. d. q. 1.  
num. 135. & seqq. Stypm. d. loc. part. 4. cap. 2. num. 101. &  
seqq. Et d. cap. 7. n. 311. & seqq. Loccen. d. cap. 5. n. 5.  
Marquard. d. cap. 13. n. 47. Kurick. d. loc. pag. 6. Illa ve-  
rò damna, quæ ex vitio rei, & intrinseca ejus natura ac-  
cidere possunt, sub voce periculi non continentur, nec  
asscurator ad ea est obligatus, Ordin. Amstelrod. art. 27.  
si nempe v. c. vinum acefcat, grana à circulionibus, li-  
gna à teredine, panni à tineis, carnes à termitibus, vel  
aliiæ materiæ à muribus, vel blattis corrodantur, aut per  
aliam aliquam humiditatem consumantur, vel deteriore-  
tur. Stypm. d. loc. n. 319. 320. 321. Kurick. d. p. 6. in fin.

IV. Licere autem periculum generaliter suscipere,  
patet ex Sant. part. 3. n. 73. & part. 4. n. 5. & 6. Stracch.  
gl. 13. n. 1. Scacc. d. loc. n. 139. Stypm. d. c. 7. n. 337. Mar-  
quard. d. c. 13. n. 46. arg. l. 7. §. 15. de past. l. 9. §. 2. locati.  
Verum periculo generaliter suscepito, quænām species  
sub ejus appellatione contineantur; in eo Legem & Do-  
ctores pendere, dicit Santerna, d. n. 6. Scilicet disqui-  
runt hic Interpp. An periculi vocabulo in assuratio-  
nis instrumento indefinitè scripto, sine casuum singulo-  
rum dinumeratione, illud complectatur omnes casus for-  
tuitos; tam solitos quam insolitos; item culpam tertii,  
nempe Magistri navis, nautarum, &c? Resp. Ut paucis  
hac dubia tollamus, quæ prolixè à Santerna & Straccha  
examinantur, præmonemus in genere cum Sant. part. 3.  
n. 73. quod usui loquendi relinquendum sit, quid nomi-  
ne periculi veniat. Item cum Eodem part. 4. num. 11. &  
Stracch. Gloss 15. n. 2 quod periculi nomen secundum sub-  
iectam materiam semper intelligendum sit. Jam Resp. in  
specie ad primum, afferentes, periculum ita generaliter  
susceptum omnes casus fortuitos comprehendere, nisi  
usui loquendi illius provinciæ, in qua assuratio contra-  
bitur, obstet. Conf. Sant. d. part. 4. n. 1. & seqq. Stracch.  
d. gloss.

d. gloss. 15. num. 2. & seqq. Stypm. d. c. 7. n. 3. 16. & seqq.  
 Marq. d. c. 13. n. 46. 47. Nomen enim periculi generale  
 est, omnem casum adversum complectens, sive ex culpa  
 vel dolo proveniat, sive non. arg. l. 25. pro soci. l. 1. de pe-  
 ric. & com. rei vend. l. 4. naut. caup. stabul. l. 13. de liberal.  
 causs. l. 60. §. 6. locat. Ad casus fortuitos propriè tantum  
 comprehendit illos casus, qui sine culpa vel dolo veniunt,  
 & qui prudentiâ humanâ præcaverti non possunt. l. 2. §. 7.  
 de administrat. rer. ad civit. pert. l. 2. quad met. caus. l. 6. d.  
 pign. att. l. 1. §. 4. de O. & A. l. 18. commodati. Unde fe-  
 quitur, periculum esse genus, & casum fortuitum spe-  
 ciem, adeoque sub periculi denominazione contineri.  
 Stracch. d. n. 2. Stypm. d. loc. n. 309. & 310.

V. Altera quæstio est: An, casibus fortuitis genera-  
 liter suscepitis, tam insoliti quam soliti suscepiti videantur?  
 Resp. Aff. quia ex eo, quo Asscurans casus insolitos non  
 excipit, sub generali casuum fortuitorum complexu re-  
 manent. At si quæstio sit de casu planè insolito, qui vix  
 intra spatum mille annorum unâ vice accidit, tum dici-  
 mus, asscuratorem talem casum non suscepisse, cum ve-  
 risimile non sit, contrahentes in celebratione contractus  
 asssecrationis de ejusmodi casu cogitasse, adeoque sub  
 generali illa conventione eum comprehendisse. Sant.  
 part. 3. n. 72. & seqq. Marq. dist. c. 13. n. 66, qui & n. 67.  
 hanc monitionem adjungit, quod tutius sit, ut isti casus  
 insoliti, quemadmodum hodie plerumque sit, in Pollice  
 speciatim excipiatur.

VI. Tertium quæstum est: An vox periculi in asse-  
 curationis instrumento absolutè & indefinitè prolata, eti-  
 am ad tertii culpam extendatur: Magistri navis scil. nau-  
 clerii, nautarum &c. ita ut asscurator de illa teneatur?  
 Resp. dist. Aut verba instrumenti & circumstantiæ con-  
 tractus suadent, quem se generaliter ad omnes casus (eti-  
 am culpâ nautarum datos) obligâsse; aut non suadent,  
 quem se ita obligâsse. Si prius, debet asscurator dam-  
 num, ex culpa tertii ortum, resarcire. Et de eo casu

intelligendus Santer. p. 3. num. 70. § seqq. & part. 4. n. 18.  
 § seqq. quique eum sequitur Brunnen. ad C. ad l. 3. de  
 naut. scen. ubi statuit, damnum tertii, gubernatoris scil.  
 culpā datum, assecuatorē à periculi præstatione non  
 liberare. Item Scacc. d. q. 1. §. 1. n. 155. Qui enim ge-  
 neraliter, ait Kurick, d. p. 6. ad quodvis periculum se ob-  
 ligavit, nullam habet exceptionem, & omnes casus, ut-  
 ut etiam culpa Naucleri, nautarum, vel alterius cuius-  
 piam tertii, causam eis dederit, præstare tenetur. Si  
 posterius, de casibus tantum fortuitis assecurato  
 obstrictus est. Stracch. gloss. 20. n. 3. Loccen. d. c. 5.  
 n. 13. Marquard. d. c. 13. n. 54. Kurick. de loc.

VII. Hinc inferimus, quòd si assecuator ad nauta-  
 rum culpam vel dolum præstandum se non specialiter ob-  
 ligaverit, de illis non teneatur. Non ergo obstrictus est  
 assecuator ad damnum refaciendum, si contra pactum  
 Navarchus destinatum iter absque necessitate, vel mi-  
 nuendo vel prorogando, immutaverit, luci sui causā;  
 idque incio aut invito periculi suscepere. Ordinat. Phi-  
 lip. II. art. 6. § 7. Ordinat. Amstelrod. art. 7. Grot. d.  
 part. 24. pag. 154. Si per mare piratis vel hoste infestum  
 navigaverit, idque præsriverit, sed nolente & excipien-  
 te hunc casum assecuatorē: si cursum ad eum portum,  
 de quo convenerat, non direxerit: si extra directum cur-  
 sum proprio consilio, non compulsus tempestate, jaustum  
 fecerit; quia assecuator ad pericula in ordinaria via con-  
 tingentia se obstrinxit, vel ad extraordinaria pericula ex-  
 necessitate, non culpā nautæ accidentia: si merces aquā  
 pluviā corruptæ fuerint, cum scil. navigium fuerit te-  
 atum, sed incuriā nautarum malè obturatum, non si  
 apertum & coeli injuriis undique expositum: si merces,  
 quas navis vehit, vasa & dolia imprimis, oleum, vinum,  
 ac liquores alios continentia, non fuerint idonee collo-  
 cata & constipata, ac exinde procellarum & tempestatis  
 violentiā, rimosa facta, vina similiaque effluxerint: si  
 illicitas merces devhendas in navem recipiat: si falsis in-  
signibus

Lignibus aut titulis usus fuerit: si robustis funibus navem non instruxerit; si veſtigal ritè non solverit, sed telonia defraudare volenti, navis vel etiam merces confiscatae sint: si imperitiâ & culpâ aliquâ in syrtes, vada aut scupulos navem impegerit, naufragioque cauſam dederit; ſemper enim quam maximo odio expositi fuere illi navium Magiftri & Gubernatores, qui vel merâ imperitiâ navim perdidérunt, & quidem in tantum, ut Cerceta, Indiæ populi, illi, qui navim gubernans aberâſſet, singuli accedentes in faciem conſpueſe ſoliti fuerint, teſte Stobæo ſerm. 165. de leg. Et conjet. pag. 470. si frumentum, quo-ties neceſſe ſuit, in navi moveri non curaverit, ne corrumperetur: si plus æquo navem oneraverit, si à ſentina merces corrumpi paſſus ſit: si denique furto aliiquid ſur-repleri, aut ſurripi ſiverit. Loccen; d. c. 5. n. 10. Marq. d. cap. 13. n. 48. Et 49. Kurick. d. loc. pag. 12. n. 9.

VIII. Quanquam verò aſſecuratio, ut paulò ante expositum, ita generalis aliquando eſſe poſſit, ut culpm-aut dolum nautarum includat: nequaquam tamen ejus formula tam latè concipi poſteſt, ut dolum ac culpm-aſſecurati contineat. Ideoque in generali effusaque peri-culi quomodo cunque contingentis promiſſione non com-prehenditur illud periculum aut damnum, quod facto aut culpm-aſſecurati contigit, ſed illud exceptum ſemper in-telligitur, cum illiberalē & contra bonos mores ſit, fa-ciūti proprii pœnam in alterius detrimentum & damnum convertere. Leon. Confil. Belgic. Conf. 23. n. 1. Christin, vol. 3. decif. 47. n. 6. Ab obligatione igitur liber eſt aſſe-cuator, ſi dominus navis aut mercium non fecerit, quod diligens & cautus faceret, aut ex conventione facere de-beret; Item, ſi quid per negligentiam, imperitiam aut moram admiferit. Proinde ſi aſſecuator caverit de pe-riculo reſpectu illius temporis, quo navigatio minùs erat, periculosa; dominus autem navis vel mercium ob frivo-lati cauſam, vel per negligentiam navigationem in aliud tempus diſtulerit, navigationi valde incommodum; &

sic.

sic oborta procella, merces cum navi perierint; non erit  
hoc periculum assecutoris, sed assecurati. Mora enim  
cuique sua non alii nocere debet, c. 25. x. de R. J. in 6ta.  
Sant. part. 3. n. 46. 47. 48. Scacc. d. §. 1. q. 1. num. 154.  
Locc. d. num. 10. Marquard. d. c. 13. num. 50. Kurick. d.  
p. 13. n. 10.

IX. Tempus namque Navigationis hybernum, l. 4.  
§. 1. de hered. infit. l. 6. C. de offic. rector. provinc. longè plu-  
ribus periculis refertum est, quām aſlivum. Non inte-  
gro anno vis & aceritas maris patitur navigantes, sed  
quidam menses aptissimi, quidam dubii, reliqui clasib[us]  
intractabiles sunt lege naturae. Veget. lib. 5. de re milit.  
c. 4. Ver aperit navigantibus mare, cuius in principio  
Favonii hybernum molliunt cœlum, sole Aquarii viges-  
mam quintam obtinente partem. Hinc natalis naviga-  
tionis dies fuit VI. Id. Mart. Post ortum Plejadum à  
die VI. Cal. Mart. usque ad ortum Arcturi, id est, XVIII.  
diem Cal. Octobris navigatio creditur secura, quia æſta-  
tis beneficio ventorum aceritas mitigatur. A Novembri  
autem mense crebris tempellatibus navigia conturbat Ver-  
gilarum hyemalis occasus. Ex die igitur III. Id. Novemb.  
usque ad diem VI. Id. Mart. maria claudunt. Veget. d.  
lib. 5. cap. 9. Plin. natur. bif. lib. 4. c. 47. Hunc naviga-  
tionis tempus computandi morem Romani olim observa-  
runt, ac sicut hyeme instante, mare claulum; ita eadem  
exacta solitaque, mare apertum dixerunt: & tum diis  
primitias obtulerunt. Apulej. lib. 11. At hodie avidæ  
gentes hæc tempora non æquè curant. De Venetiis,  
Hollandis, Anglis, Danis, juxta Islandiam hyemali tem-  
pore hærentibus, res est cuivis obvia, ita ut verba non  
requirat: unde quoque fit, ut quassatas naves sape do-  
mum referant, Merul. diff. de Mar. cap. 2. pag. 139. Stymp.  
part. 3. cap. 7. à n. 4. ad 27. Marq. lib. 1. cap. 4. à num. 8.  
ad 16.

X. Si porrò assecurati culpâ vel dolo navis & mer-  
ces assecuratae è portu navigare non possint, ut: si por-  
toria

toria non solvat, merces prohibitas navi imponat, vel quid aliud simile culposè aut dolosè committat; tūm non tenentur asscuratores, quia sua cuique culpa nocere debet; Asscurati verò asscuratoribus refundere debent, quicquid damni ex hac detentione senserint. At, si ex casu fatali & fortuito impedimento navis & merces portu egredi non potuerunt: e. c. si navis iussu superiorum, publicarum necessitatum causā, in ipso portu (non verò in itinere) detineatur, vel tempestate, astu, incendio destruatur, latronum aut piratarum invasione abducatur, aut fulmine tangatur vel absolumatur; tūm asscuratio non subsistit, nec periculi præmium ab asscuratore peti potest, sed si fortè ab asscuratore jam solutum sit, repeti potest, quasi causā non secutā. Sant. part. 3. n. 22. § seqq. Stracch. gloss. 6. n. 10. Marq. lib. 2. c. 13. n. 34. § 36. circ. fin. Kurick. d. pag. 13. § 14. n. 12. Ut verò suprà enarrata & similes Dubitationes atque controversiae de voce periculi evitentur, optimè consultit Sant. part. 4. n. 13. quod in formula asscurationis fieri debeat expressa mentio singularum calvum, qui nomine periculi intelligi debent. Quod cùm hodie in Pollice ferè semper fiat, nolumus diutiùs hisce immorari.

XI. Ponderemus nunc sigillatim unamquamque spēiem, quam sub periculi nomine comprehendi suprà apb. 2. diximus, explanantes, quomodo asscurator illam fuscipiat, atque de ea restauranda teneatur. Contingunt verò Pericula & casus fortuiti aut factō hominis, aut sine eo. Ad factum hominis spectant piratarum incursiones, qui vel navim spoliant, vel planè auferunt. De hoc casu obstrictus est Asscurator, damnaque, quæ hac ratione eveniunt, reparare debet, si generaliter de casibus fortuitis se obligaverit. arg. l. 18 commod. l. 1. C. de pos. si modò hæc invasio in mari, non verò in portu facta sit. Sant. part. 4. n. 49. Quæ autem de Piratis multis differere possimus, ut de eorum origine, etymologia, synonomia, de exemplis insigniorum piratarum, eorundem factis, distinctione

stitutione à furibus, suppliciis, &c. consultò nunc prætereunda sunt. Consulat de iis qui volet Sant. part. 4<sup>o</sup> n. 50. § seqq. Stracch. gloss. 20. n. 5. Vinn. ad Peck. de ll. nautic. p. 370. lit. d. Stypm. d. part. 4. c. 18. à num. 70. ad fin. c. Speidel. specul. verb. Raub. Schiff. Meer. Räuber. Locc. lib. 2. cap. 3. per tot. Marq. d. lib. 1. c. 4. num. 16. § seqq. Kurick. Comid. ad jus marit. Hanseat. tit. 3. art. 12. Quibus adde Thom. Garzoni nella piazza Univers. discor. 145<sup>o</sup> pag. 380. ubi famosiores ex piratis vivis coloribus delineant. Pertinent verò huc quoque damna, ex cuiuspa tertii provenientia, de quibus jam suprà. Referendæ etiam ad hanc Classem direptiones sive ab amicis sive ab inimicis factæ. Nam & haec sub casibus fortuitis comprehenduntur, asscuratorque, si absolute casus fortuitos in se suscepere, de iis tenetur, juxta Policem Regis Philippi II. quem Ordinationi de An. 1570. art. 35. intexit.

XII. Factum hominis itidem continet repressalias, arresta, & angarias, quibus Reges, Principes & Republicæ asscuratas naves cum mercibus vel detinent, vel iis utuntur. Ad hosce autem casus sarcinados asscuratorem obstrictum non esse, nisi expressè in diplomate asscurationis, ut plerumque hodie fit, recensemantur, latè ostendit Marq. d. c. 13. n. 63. § 64. Si verò iidem in Pollice sint expelli, & merces, quæ ita detinentur aut retinentur, sint pretiosæ, easque recuperandi spes sit; (si enim recuperandi spes absit, tres menses à Rege Philippo II. asscuratori ad satisfaciendum indulgentur) tūm, si hi casus contigerint in Europa aut Barbaria, sex mensium spatium; si in India vel aliis remotis locis, annum; si ex remotioribus, biennium præstolabitur dominus navis aut mercium, donec ista navis pro deperdita & publicata habeatur: potest tamen interim Asscuratus majoris securitatis ergo vel pignora vel fideijussores ab asscuratore petere, sibiique iis modis magis prospicere. Principium autem, unde haec tempora computabuntur, juxta Ordinat. Philippi II. erit dies ille, quo detentio facta;

at,

at, juxta Ordinat. Amstelrodamensem, quæ usū prævaluit, erit dies ille, quo assicurati assicuratoribus casus atque damna hæc per proxenetas vel alias publicas personas notificaverint. Sin verò merces illæ sint res fungibles & quæ utendo consumuntur, tūm prædicta tempora non exspectabuntur, sed postquam assicuratus de his certior factus est, & hoc assicuratori legitimè indicavit, statim hunc ille convenire atque actionem suam persequi potest. Ordinat. Philipp. II. de An. 1570. art. 25. Ordinat. Amstelrod. de An. 1603. art. 8. § 9. Locc. d. cap. 5. n. 17. Kurick. d. diatr. p. 17.

XIII. Cæterum quid repressaliæ, quid arresta, quid angariæ sint; unde dicantur, quâ ratione dividantur, an, quibus, quomodo sint licita vel illicita, aliaque: ea non sunt nostri instituti. Videri de his possunt alii Authores: ut de Repressaliis, quas Galli vocant le droit de Marque, Sant. part. 4. n. 34. § seqq. Stracch. gloss. 20. pr. n. 1. § 2. Matth. Martin. in Lexic. Philolog. verb. Repressaliæ. Hug. Grot. de J. B. § Pac. lib. 3. cap. 2. num. 4. § seqq. Rittershul. ad Nov. part. 3. cap. 7. passim. Treutl. vol. 2. d. 1. tb. 5. lit. g. Ibique Bachov. Reinking. de regim. S. § E. lib. 1. class. 5. cap. 6. n. 126. 127. 128. Sinolt. Schüß jur. publ. vol. 1. disp. 6. tb. 21. lit. i. Stypm. Contin. part. 5. cap. 1. num. 22. Besold. in thes. præf. verb. Repressaliæ. Jung. Diether. in addit. ibid. Limnæus Jur. publ. lib. 4. cap. 8. n. 322. Loccen. lib. 3. c. 5. per tot. Marq. d. loc. lib. 1. c. 13. n. 19. § 20. Brandmyll. in manuduct. ad ius C. § C. diff. REPRESSALIÆ. Et diff. SUBDITI IN CAUSA REPRESSALIA-RUM. Sprenger. Instit. jur. Publ. lib. 1. cap. 26. tit. de Repressal. edit. 1668. Jac. Blume in process Cameral. tit. 33. n. 2. § tit. 37. n. 4. De Arrestis, Gailium & Mevium tract. de Arrestis. Treutl. vol. 1. disp. 5. tb. 2. lit. b. ibique Bachov. Ruland. de commiss. part. 3. lib. 5. cap. 6. Et part. 4. lib. 4. cap. 6. Wehner. observ. præf. verb. Arrest. Dispp Basil. vol. 5. disp. de arrest. per tot. Besold. d. l. verb. arrest. Speidel. specul. v. arrest. Schüß de jur. publ. vol. 2. disp. 7. à

th. 1. ad th. 8. Struv. Syntagm. jur. Feudal. cap. 14. §. 32. in  
exegeſ. Blum. d. loc. tit. 33. per tot. Kurick. quæſt. illuſt. 27.  
De Angariis. Gerh. Joan. Voffius lib. 3. de vit. Lat. ſerm.  
p. 420. Salmaſ. in not. ad Capitol. Selden. de mar. clauſ. c. 20.  
Befold. d. loc. voc. Angaria; & Dieth. ibid. Perez. in tit. C.  
de Curs. publ. ang. & perang. paſſim. Styppm. Contin. d. loc. 1.  
n. 2. & 3. Struv. d. loc. cap. 6. §. 25. Tabor Armament. Juſtin.  
cap. 1. n. 16. Et de metat. & epidem. part. 2. c. 3. Loccen.  
d. loc. lib. 1. cap. 5. Marq. lib. 2. c. 5. n. 38. 39. 40. Ku-  
rick. ad jus marit. Hans. tit. 4. art. 23. & quæſt. ill. 28. Spren-  
ger. d. loc. lib. 2. cap. 22.

XIV. Faſto item hominis fiunt illi jaetus mercium,  
qui tempeſtatis adverſe tempore, naviſ levandæ & reli-  
quarum mercium ſalvandarum cauſâ, in mare fiunt. Ad  
horum jaetuum detrimenta reconciinnanda, obligatus eſt  
afeſcurator, niſi in Pollice diſcretè eximatur, cùm jaetus  
& perditio propter caſum æquiparentur, arg. l. 4. d. L.  
Rhod. de jaſt. Sant. part. 4. n. 43. & ſeqq. Loccen. d. loc.  
lib. 2. cap. 5. n. 11. Marq. d. cap. 13. n. 55. & ſeqq. Qui  
verò noviſſe ſtudet, quid jaetus ſit: quando & quomodo  
faciendus: quibus in rebus locum habeat: quānam re-  
quisita poſtuleat; explicet Vinn. ad Peck. pag. 195. & ſeqq.  
Loc. lib. 2. cap. 7. Marq. lib. 3. c. 4. n. 28. & ſeqq. Jus  
Maritimum Hanſaticum tit. 8. ibique Kurick. Notabiliſ hic,  
quòd, cùm propter ejusmodi jaetus locus ſit Contribu-  
tioni ſeu Havariæ, (ad quam tamen afeſcurator non te-  
neſtur, ne dupliet onere gravetur, qui non niſi ſimplex fu-  
ſcepit, arg. l. 4. §. 2. de L. Rhod. de jaſt. Clar. Wiffen-  
bach. ad ff. part. 1. diſp. 28. th. 6. in fin.) afeſcurator ſuble-  
vetur in tanto minus ſolvendo, quām dominus mercium  
fuerit conſequetus. Sant. part. 4. num. 44. Locc. d. n. 11.  
Marq. d. cap. 13. n. 60. de Contributionis autem ſeu Ha-  
variæ, ut hodie plerumque vocatur, origine, vocis de-  
rivatione, ſynonymis, definitione, divisionibus; item,  
qui, quando, quomodo contribuere obſtričti ſint; &  
quæ res in contributionem veniant, vel non veniant:  
accipies.

accipies; nisi displicet, ex Jure Marit. Hans. d. loc. & Kurić. *ibid.* Grot. *Imagog. ad Jurispr. Holland.* part. 3. pag. 29. Vinn. *ad Peck.* pag. 193. Quintin. *Weits. Tract. de Havaria, Belgice scripto.* Wissenb. *Comment. ad C. tit. de naut. fœnor.* Boxhorn. *in Epist. quad. ad Vinn.* Loccen. lib. 2. cap. 8. Marq. lib. 3. cap. 4.

XV. *Sine facto hominis contingunt sequentia pericula seu casus fortuiti.* Prima species est tempestatis violentia, de qua, ratione obligationis in dispendio ab asscuratore præstanto, idem dicimus, quod de jactu mercium modò diximus. Quid verò tempestatis appellatione continetur: de eo videatur Stracch. *gloss.* 22. num. 3. & an casus tempestatis suscipiens, etiam casus latronum, piratum, ac furum suscepisse censeatur: *ibid.* num. 2. Item, si merces asscuratae, tempestate subortâ, aquæ aspergine deteriorentur; an asscurator de iis teneatur? Idem *gloss.* 19. num. 2. Secunda est calamitas ab igne seu incendio orta. Ad hanc resarcendam devinctus est asscurator, si casus fortuitos generaliter præstare promiserit; modò incendium illud in navi commorantium culpâ factum non sit. Nisi enim asscurator specialiter ad hunc casum se obligaverit, de eo obstrictus non est. Conf. Stracch. *gloss.* 18. n. 2. ubi etiam refert, quot modis incendium in hac materia possit accidere. Et Kurick. *ad J. M. H. art.* 4. n. 10. ubi de ignis utilitate & incommodis difficit, & quod caute illo in navi procedendum sit, edocet. Tertia est navis vitiositas, qua five ex infortunio maris, vel alia ex causa contingat (nisi in Pollice excepta sit) restauranda est sumptibus asscuratoris: qui tamen prius hac de re certior fieri debet. Et tunc si intra lineam Europæ, sex menses; si extra eandem, annus datur ad reficiendum. Ordinat. Philip. II. *arr.* 15. Ruland. *de Commiss.* part. 4. l. 2. cap. 16. n. 36. & seqq. Si verò navis non potuit tam citò refici, vel planè corrupta sit, & merces in aliam navem sint impositæ, nihilominus durat asscuratio;

ratio; est enim periculum earum usque ad certum locum suscepsum. Stypm. d. part. 4. cap. 7. num. 332. 333. 334.

XVI. Quarta & ultima species est naufragium, quo navis syrtibus aut vadis illis, disruptur. Frequentem hunc maris casum reparare tenetur assessorator, nisi alter conventum fuerit: si nempe vi majore & casu fatali contigerit; non si culpa nautarum, aut dominii navis vel mercium praecesserit, eiique occasionem dederit. Cum verò, ut dictum, assessorator naufragii damna assessorato rependere cogatur; Quæritur: Annè navis & merces ex naufragio reliquæ, & ad littora ejectæ, assessorato sint restituenda, quò assessoratoris sors in iacturæ illius reparazione eò tolerabilior sit. Controversia haec est valde illustris, & à summis ingeniosis in thesi fusè tractata, dum quærunt: An liceat Principibus liberisque Rebus publicis naufragorum bona à littoribus vel ex mari auferre, & fisco inferre: ita ut naufragium passis nihil ex his restituatur? Nos eorum vestigia sequentes, paucis in thesi respondebimus, & sic unicuique facilè obvium erit, quid de assessorati bonis naufragis & ad littus natantibus in hypothesi statuendum sit. Assentior autem illorum Politicorum & Jutorum opinioni, qui Principibus alisque id jure licere negant. Cujus sententiae æquitas & justitia, quò clarà solis luce clariiores fiant, rationibus, legibus, testimonio atque exemplis, quâ poterimus brevitate, eam defendemus,

XVII. Ratio prima est (1) Quia suum cuique tribuendum est: quod naturæ dictamen ipsos etiam Principes & Respubl. obligat. Hi ergo Naufragis res amissas, quæ ad ipsos lege naturæ pertinent, restituere debent. (2) Quia ab ipsa humanitate alienum, homines ita afflitos, fortunis insuper suis & rebus, quæ ex naufragio supersunt, spoliare, & miserorum miseriam augere velle. (3) Quia illi, qui cum humanitate aliquod commercium habent, hunc morem, ut planè barbarum & injustum, passim detestantur. (4) Quia iniquum, fiscum ex alieno dilpen-

dispendio suum querere compendium. (5) Quia Charitati Christianæ maximè aduersatur. Ubi enim singularis misericordia & subveniendi studium requiritur, ibi afflictionem addere afflictis, hoc est è regione, & positivè contra charitatem venire. Amel. de *Conscient.* lib. 5. c. 41. num. 23. (6) Quia bona naufragia non statim nostra esse desinunt, sed tantum de facto, non de jure, extra nostram potestatem sunt. (7) Quia, nullà causâ probabili precedente, dominium alicui suum auferre, mera injuria est. H. Grot. d. J. B. & P. lib. 2. cap. 7. num. 1.

XVIII. Leges quod attinet, militant pro nostra sententia non tantum Civiles Justinianæ, sed & constitutions moratorum Gentium. In jure Civili Imp. Hadrianus & Antoninus permittunt unicuique naufragium suum impunè colligere, l. ult. de *incend. ruin naufr.* Et Constantinus Imp. l. i. C. de *Naufragiis* constituit, ut, si quando navis expulsa fuerit ad littus, vel si quando aliam terram attigerit, ad dominos pertineat, Fiscus meus se non interponat. Quod enim jus habet Fiscus in aliena calamitate, ut de re tam luctuosa compendium sectetur? Res item naufragæ usu capi nequeunt, l. 21. §. 1. de acq. vel amitt. poff. De Jure Canonico, qui Christianos, naufragium patientes, damnata cupiditate rebus suis spoliant, excommunicantur, cap. 3. de rapt. His adde, quod Imp. Leo Nov. 64. pessimum & sacrilegum eum vocat, qui se ejusmodi lucro emancipat, quia quasi mortuos spoliat. Adde & laudabilem illam Friderici II. Imp. constitutionem, lib. 5. §. 9. unde desumpta est Auth. *Navigia. C. de furt.* in qua, omnibus contrariis consuetudinibus sublati, tam navigia ipsa, quam navigantium bona, integra illis refervari debere, ad quos spectabant, antequam navigium illud periculum incurrisset, statuit, & transgresores bonorum suorum publicatione mulctavit. Haec constitutio tam æqua ac justa visa fuit Carolo V. Imp. ut eandem Constitutionibus suis Criminalibus inserere & repetere voluerit.

XIX. Laudem quoque meretur illud Henrici III. Angliae Regis edictum, An. 1226. promulgatum; ubi decernit, quod bona Naufraga debeant permanere illorum, quorum antea fuerant. Tale quid etiam habetur in jure Danico maritimo, à Rege Friderico II. An. 1561. condito, cap. 49. § 73. Quidam autem naufragorum bona ab ipsis intra præstitutum tempus possint recolligi & recuperari, id, teste Loccen, lib. 1. c. 7. n. 10. constitutum est non modo in Jure Jatico lib. 3. cap. 61. § 63. Scanico lib. 8. cap. 3. Danico d. cap. 49. § 73. Norwegico cap. 26. de jur. merc. Prussico lib. 4. tit. 19. art. 5. §. 4. Verum etiam in edicto Belgarum, An. 1447. promulgato. Et in statuto Hamburgensi part. 2. tit. 17. art. 4. ita decernitur: Jacta, naufraga, & in mare natantia bona nemo sibi arrogare potest, nisi is, ad quem antea pertinuerunt, ac in contrarium nulli mores, leges, vel consuetudines, circa navigationem & mercaturam maritimam alioquin usitatæ, de jure subsistere possunt.

XX. Quâ constantiâ autem Veterum & Recentiorum sapientiores improbam hanc confuetudinem damnaverint, patet ex aureis illorum dictis, quorum aliqua hic exhibebimus. Euripides in *Helena* ait:

*Ναυαγὸς οὐκείος, οὐδὲντον γένος,*

*Sum naufragus, spoliare quod genus est nefas.*

Petronio in *Satyr.* pag. m. 56. procurare ad prædam ex naufragio rapiendam, crudelitas dicitur. Et Dion Præsenlis *Orat.* 7. de naufragio locutus: μὴ γάρ εἰν ποτὲ, ὁ Ζεῦ, λαβεῖν ψυχὴν κερδάνων Κέρδος τοιᾶζον ἀπὶ αὐθεωνῶν δύσυχιας. *Abiit*, ὁ Jupiter, ut lucrum captemus tale ex hominum infirmitate. Nicetas item Choneates in *Andronicus Imperio*, hunc morem vocat θεος αἰλογιαζαζον. Sic & Rebuffus in *procem.* ad L. L. *Regias* gl. 5. negat, Principes naufragorum, præcipue verò mercatorum, pro communi bono laborantium, merces occupantes, in foro conscientiae excusatos esse. Cajetanus, apud Amesium d. c. 4. n. ult. Naufragorum bona, inquit, juxta leges quorundam littorum confiscata,

ta, ex hoc ipso, quòd ex naufragio sunt, nescio quā iustitiā occupentur, nisi illa, quā afflictio additur afflito. Similiter Vir sublimis Bodianus lib. 1. d. Rep. c. ult. num. 170, in fin. & num. 171. pr. acriter hunc morem carpens, ita erumpit: Barbarum & antiquis inusitatum, ut cuius opes & fortunæ naufragio miserè perierint, & quem nostris opibus sublevare debeamus; ejus reliquias, quas ad littus ejectas bonâ fide restitui oportebat, turpiter diripi patiamur. Sic tamen vivitur, ut qui portus habent, eam crudelitatem tum in cives, tum in peregrinos exequantur. Jus quæris? Error jus facit: at si non peccatur errore, sed scientiā, scelus est, quod erroris specie prætenditur. Claudat hoc testimoniorum agmen illustre illud testimonium, quod Belgicum illud Sydus H. Grot. lib. 2. c. 7. n. 1. de J. B. & P. hac de re perhibuit: Leges nempe illas civiles planè injustas esse, quæ bona Naufragorum hisco addicunt.

XXI. Exempla demum quod spectat eorum, quī ipso facto pessimam hanc confuetudinem exsecurati sunt, atque per leges suas eam aboleverunt: non pauca jam paulò antē retulimus. Jungamus illis Theodoricum Gothorum Regem, apud Cassiodorum 4. var. ep. 7. Naufragorum illorum, qui non sùa culpâ in hanc calamitatem inciderant, fortunas ex publico sublevantem. Jungamus Magnum Regem Suecæ & Woldemarum Regem Daniæ, qui in pactis de Pace An. 1343, determinarunt, quòd illis, qui in regnis seu domi niis ipsorum naufragia passi essent, res amissas liberè, atque absque impeditione quorumlibet, recolligere atque recuperare licet, quamdiu res amissas pro derelicto non habuissent. Simile quid habetur in Conventione inter Henricum VII. Regem Angliæ & Philippum Ducem Austriae, An. 1495. inita. Christianus quoque II. Dania Rex Legem de Naufragorum bonis confiscandis abrogavit: & constituit, ut naufragis sua redderentur, aequo tantum pretio depenso iis, qui laborantibus sùa operâ curâque succurrissent: Prio-

ris autem legis abrogatione Regi periiit, ut ipse aliquoties fassus est, ultra centum aureorum millia anni naufragii. Joh. Isac. Pontanus lib. 2. *discurs. histor. advers.* Selden. c. 15. *in fin.* Casimirus etiam atque Sigismundus, Poloniæ Reges, illum morem extirparunt, atque præceperunt, ut res ex naufragio receptæ domino illarum restituuerentur. Sic & Holstiae Duces (ut littera Principali sigillo munitæ, & ad Præfectum Tunderensem missæ, testantur) rescripterunt: ne quicquam de Anglorum mercatorum bonis, qui An. 1608. prope Sildam naufragium fecerant, dictus Præfectus raperet. In Camera itidem imperiali mandata fine clausula non semel decreta fuisse contra consuetudines de bonis naufragis, jure littoris Fisco addicendis, testatur Gailius lib. 1. *Observ. præf. c. 18. n. 6.* Ita etiam factum est in causa mercatorum Lubecensium contra Comitem Oldeburgensem: & in causa civitatis Bremensis contra eundem Comitem: item in causa civitatis Hamburgensis contra Duces Holstiae. Marq. d. loc. lib. 2. cap. 4. num. 19.

XXII. Hæc pro instituto ad nostram sententiam probandam sufficient: judicium de illis sit penes æquum Leñorem. Spontè vero hinc sequitur, nec asscurati bona naufraga fisco statim addicenda esse; sicut unusquisque à thesi ad hypothesis argumentando sine multa opera colligere potest. Quemadmodum autem crudele atque impium est, in Naufragos eorumque bona, eo, quo narratum est, modo, savire; ita, ubi navis vel merces sunt servatae, & ex mari in terram deductæ, postulat æquitatis ratio, ut præmium salvationis (*Bargegeld*, *Berggeld*, vel *Berglohn*) illis, qui suâ operâ & fide eas servârunt, dare, impensasque, si quas fecerunt, refundere. Publice enim interest, ut tale pretium servatoribus per solvatur, quòd Insulani & alii accolæ eâ spe ad similia humanitatis studia invitentur, & ad ferendas suppeditias incitentur, arg. l. i. §. 1. *de incend. ruin. naufr.* Tum, ut Naufragi cum rebus suis, quas infortunium ipsis reliquit, con-

gruā

gruā securitate lætentur, ut dicitur in c. 2. x. de treug. §  
pac. § l. 3. C. de navicul. lib. 11. Quanti autem præmium  
vel salvationis merces esse debeat, de eo inter maritimas  
provincias non convenit. Jus Marit. Hanseat. tit. 9. art. 3.  
ita hac de re statuit: von solchem aufgefischtēm und gefundene  
nem Gute, soll man geben demjenigen, welcher die arbeit ge-  
than, das zwanzigste theil; holet er aber das Gut in der See  
von einem Steff, (i. e. prolixo aliquo maris vado) so gehö-  
ret ihm der vierte theil davon. Vid. Latherus de Censib. lib. 2.  
c. 11. n. 39. § segg. Ventura de Valentiis Parthen. litigios.  
lib. 1. c. 13. n. 5. Amel. d. c. 45. n. ult. in fin. Klock. lib. 2.  
cap. 114. n. 18. § 19. Stypman. Cont. part. 5. cap. 5. n. 9.  
Besold. Thes. pract. verb. Bargegelt. Marquard. lib. 3. c. 4.  
rum. 48.

XXIII. Reliquum adhuc est, ut verbo solvamus,  
unam aut alteram objectionem, quibus perversi illius mo-  
ris Patroni se tueri conantur. Prima desumitur (1) ex l.  
AΞιωτις. 9. ff. de L. Rhod. de jaſt. ex qua colligunt, publi-  
canos apud Rhodios jam olim legem seu morem bona  
naufragia simpliciter fisico applicandi habuisse; eosdemque  
pro custodia vel cura eorum in partem illorum venisse.  
Resp. Collectionem hanc infirmo talo niti, cum verosi-  
milius sit, in d. l. Rhodia constitutum fuisse, ut domino  
rerum naufragarum intra præfixum à lege tempus non  
apparente, praeter partes fisico debitas, partem pro nau-  
fragorum bonorum cura & custodia publicani sibi sume-  
rent. Locc. d. c. 7. n. 10. Huic prævit H. Grot. in flor.  
spars. ad jus Justinian. ubi hanc legem Rhodiā ita explicat:  
Solebat, inquiens, publicani bona, quorum non appa-  
rebat dominus, in custodium suam sumere, & pro ea cu-  
stodia partem sibi aliquam vindicare. Ea pars quæ esset,  
definitum erat lege Rhodiā navalī, quæ pro jure gentium  
in illo mari vigebat. Cæterum largimur, legis hujus  
sensum valde obscurum atque intricatum esse, ita ut non  
facile quicquam certi indè adstrui possit. Unde & summi  
in literatura principes emendationem illius aggressi sunt.

Suscepit eruditum istum laborem Sam. Petitus lib. 3. m<sup>l</sup>  
 secl. cap. 11. Joh. Isac. Pontanus 2. diff. histor. 14. Seldenus  
 1. de mar. claus. cap. 25. Salmasius lib. de mod. usur. cap. 5. H.  
 Grotius d. loc. Jacob. Gothofredus in comment. ad hanc l. 9.  
 cap. 6. Horum observationes in compendium rediget  
 Arn. Vinnius ad Peck. pag. 276. & quæ emendationes men-  
 ti legis ipsi convenientiores videbantur, annotavit; uti d.  
 loc. legere est. Idem quoque nequit sibi persuadere, le-  
 ge Rhodiæ naufragia omnia statim & sine dilatatione fisco  
 vindicata fuisse, cum eo nihil possit excogitari cradelius;  
 Lex autem Rhodia, ut legum nauticarum vetustissima,  
 ab ἐποιησίᾳ & ἐπιμελεσίᾳ Strabone lib. 14. & aliis authori-  
 bus tantopere commendetur, Loccen. d. n. 10.

XXIV. Secunda ex isto Juvenalis Satyra 4.  
 Quicquid conspicuum, pulchrumque ex æquore toto eß  
 Res sive est, ubique natat.

Resp. Dictum hoc habet authores Palphurium & Armil-  
 latum, consulares delatores & assentatores Domitianii.  
 Ergo nullius est roboris. Tertia ex responsione Annæ  
 Mommorantii. Cum enim An. 1556. legatus Imperatoris  
 Caroli V. coram Henrico II. Francia Rege, questus esset,  
 duas naves ad littus ejectas, & à Jordane Urcino captas  
 esse, easque restitui postularet, Annas Mommorantius  
 Magister equitum respondit: Que le debris est confisque au  
 Seigneur Souverain. Et que c'est la coutume generale, non seu-  
 lement es pais de l'obedience du Roy, mais aussi en toute la Mer  
 du levant & du ponant, h. e. Ea, quæ ad littus fuissent eje-  
 cta, Principis fisco esse vindicata. Hancque universalem  
 esse consuetudinem, non solum in regionibus Regi Gal-  
 licæ subjectis, sed in toto mari, tam orientali quam occi-  
 dentali. Resp. Mommorantium magis causæ, quam vero  
 servire. Verum quidem est, aliquot gentium institutis  
 sic observatum fuisse, ut ea, quæ ad littus ejecta essent,  
 Principes, qui littoribus imperarent, fisco suo inferrent;  
 attamen id Jus, ut vocant, haud quaquam ab omnibus  
 approbatum, aut usurpatum fuit, ut pluribus suprà de-  
 monstratur.

monstravimus. Mirum igitur, Mommorantium id juri omnium gentium adscribere, quod moratores respuunt. Quarta ex jurisdictione & regalibus: Dicunt, enim jus hoc (quod Germanis Fahrrecht, Gallis *le droit des naufrages* vel *Varech* appellatur) ex Regalium speciebus esse. Cum enim, ajunt, flumina ad Regalia pertineant, c. un. que sint regal. 2. Feud. 56. bona etiam eorum, qui naufragium passi sunt, cadere in commissum, & ad dominum loci, cuius est fluviis aut littus, pertinere debent. Hinc Petr. Greg. Tholofanus lib. 9. de Republ. cap. 1. n. 29. Regi Galliae, ratione Ducatus Normandiæ, Regale hoc competere afferit. Resp. Imperium, quod territoriorum Dominis competit, & alio nomine Jurisdictione littoralis nominatur, Germanis die Strandgerechtigkeit, non in eo consistit, ut bona naufragia liberè occupari possint, sed (1) in potestate cognoscendi super causis civilibus & criminalibus, in littore contingentibus. (2) In protectione & tutione littorum. (3) In potestate adficandi in littore. (4) In jure colligendi bona naufraga, non quidem ut sua faciat, sed ut futuris dominis servet, pro justo præmio ea reposcentibus. Marg. d. loc. num. 14. Quod vero barbari illius moris defensores & Principum adulatores iniustissimam hanc consuetudinem Regalibus accenseant, id fit de facto, non de jure: cum mos juri divino ac naturali contrarius, minimè Regale dici mereatur.

XXV. Quinta ab exemplis illorum populorum, qui jus hoc exercuerunt. Factum id à Gallis, Anglis, Neopolitanis, Siculis, Armoricis, Navarriis, Aquitanis, &c. Resp. Exempla hæc veritati nullum præjudicium gignere posse. Non enim spectandum est, quid Romæ factum sit & fiat, quād quid fieri debuerit & debeat, l. 12, ff. de offic. presid. Humaniores gentes id non admirerunt, sed abominandum istum morem vehementer detestati sunt: sicut jam ante expositum. Conferat hīc, cui lubido est, de nobili hac controversia Gail. 1. obs. 18. Sixtin. de regal. lib. 2, cap. 3, num. 95, & seqq. Grifhiand, de insul. cap. 31.

n. 106. & seqq. Arnst. de jur. majest. lib. 3. c. 6. n. 19. Sel-  
den. mar. claus. lib. 1. cap. 25. & 26. Besold. thes. præt. verbo  
Grund ruyrrecht. Stypm. Cont. part. 5. cap. 5. Klock. de  
ørav. lib. 2. cap. 114. Schütz jur. Publ. vol. 1. disp. 6. th. 18.  
lit. 1. in fin. Loccen. d. lib. 1. cap. 7. Percz. ad C. de naufrag.  
n. 27. & seqq. lib. 11. tit. 5. Marq. lib. 2. cap. 4. à n. 8. ad n.  
22. Kurick. ad jus marit. Hans. tit. 9. pr. & art. 3.

XXVI. De periculo autem summatim adhuc obser-  
vandum, quod illud hodiè per speciales casus soleat expri-  
mi, sicut ex tenore Pollicis appetet, hoc fine, ut ad non  
expressa quis non teneatur. Et si assessorator omne peri-  
culum suscepit, vel suscipere debeat, principalioribus ca-  
sibus enumeratis, solet generalis clausula de omni peri-  
culo vel præmitti vel subjici. Et hoc casu quis ad omne  
periculum tenetur. E contrario, omni periculo suscepto,  
potest quis limitare conventionem, exclusâ unâ vel alte-  
rà specie, v. g. piratarum incursum, & tunc exclusio unius  
facit inclusionem reliquarum. Sed & in certa specie pe-  
riculi potest illud restringi, ne respectu hujus vel illius  
casus locum habeat, præsertim si ille casus non facilè  
caveri queat. Stypman. part. 4. cap. 7. n. 335. & seqq. Est  
verò assessoratio frustranea, & non præstatur, ubi dam-  
num, quod navis vel merces passæ sunt, unum pro cen-  
tum non excedit. Ordin. Amstelr. art. 26. Grot. d. Jag.  
pag. 154. Kurick. d. diatr. pag. 13. n. 8. Adjunctum autem  
susceptionis periculi est navis vel mercium assessoratarum  
Taxatio seu estimatio, de qua jam egimus cap. præced.  
apb. ult.

XXVII. Æstimatione verò constitutâ, juxta eam  
periculi pretium, quod eleganti vocabulo *Premium* appelle-  
latur, constituitur, factâ computatione quot imperiales  
aut floreni de centum præmii loco dari debeant. Hoc  
verò à libera contrahentium voluntate pendet, atque ex  
æquo & bono definiri debet. Certum enim ubivis præ-  
mium determinari nequit, sed ut navigatio longinquæ  
vel brevis, & loca pluribus vel paucioribus periculis ob-  
noxia

Moxia sunt; ita majus vel minus assecurationis præmium pacifici, moris est. Constit. Amst. de solut. præm. assec. art. r. Tutius igitur est, ut præmium hoc ex communi aestimatione constituantur arg. l. 63. ad leg. Falcid. Grot. de J. B. § P. lib. 2. c. 12. n. 23. in fin. Ita tamen, ut præmium æquale sit periculo, quod quis in se suscipit, observatis circumstantiis rerum, temporis, loci & personarum. Molin. d. disp. 507. n. 3. Bonac. d. punit. 3. n. 3. in princ. Lugo d. sect. 7. n. 94. Stypm. d. c. 7. n. 354. & seqq. Loccen. lib. 2. c. 5. n. 6. Struv. ad ff. exerc. 25. th. 47.

XXVIII. Refert Marquard. lib. 2. cap. 13. n. 69. & 70. quod præmisim assecurationis ordinarium ex Hollandia versus Thraciam, vulgo Tûrcfey, sit 14. pro centum; versus Venetas 13, versus Livornum, Genuam, Massiliam, 10. pro centum. De Hamburgo versus Hispaniam 12. pro centum; versus Africam & Indianam Occidentalem ex Hollandia olim 4 $\frac{1}{2}$  vel 5. pro centum. Nam periculum versus Hispaniam majus aestimatur periculo versus Indianam Occidentalem. In genere tamen & communiter septem pro centum, præmii assecurationis loco, ex mercatorum Hollandorum consuetudine promittere, moris hodiè est. Solet autem exsolutione præmii tribus modis determinari: vel absque ulla temporis prædefinitione; vel ut statim eafiat; vel ut certum tempus seu dies adjiciatur: qua de re vid. Stypm. d. c. 7. & num. 358. ad num. 383. Hæc dicta sunt de essentiali assecurationis forma.

XXIX. Accidentalis ejusdem forma, ut apb. 2. bii. cap. diximus, consistit in confectione instrumenti seu diplomatis, quo assecurationis contractæ capita & casus continentur. Illud instrumentum vocatur *Pollex*, non ab Ital. ut Stypm. d. c. 7. num. 385. & 386. & Kurick. d. diatr. pag. 10. arbitrantur; sed communiter ab iis, qui sermone Latino de hac materia tractant. Ital. enim dicitur *Polizza*, Belgis Police, Germanis der Versicherungsbrief, teste Georg. Phil. Harsdorff. tom. 1. in prefat. ad part. 6. des Deutsch. Secretar. Appellatur vero hoc instrumentum

mentum Pollex, ea fortè de causa, quòd sicut pollex in manu reliquorum digitorum præcipuus & quasi basis est; ita ex hoc instrumento controversiæ, super assecuratione obortæ, definiuntur tanquam ex fundamento, Stypm. d. c. 7. n. 386. § 387. Instrumentum autem hoc accuratè conficiendum est, ne postmodum vitietur, aut contra eum interpretatio fiat, qui legem apertius dicere potuit.

XXX. Pollex verò seu instrumentum hoc ita conscribi debet, ut in eo exprimatur (1) Nomen assecurantis unius vel plurium. (2) Nomina assecurati vel assecutorum, si plures sint. (3) Nomen naucleri seu navis magistri. (4) Nomen navis. (5) Designatio mercium, quoad quantitatem & qualitatem. (6) Nomen loci, ubi navis oneratur. (7) Nomen loci, quòd navis tendit. (8) Tempus, quo assecuratio incipere atque exspirare debet. (9) Cursus navis liber. (10) Expressio periculi sive in genere, sive in specie; sive in totum, sive sub certo modo. (11) Confessio super quantitate & numeratione præmii. (12) Contestatio, quòd assecuratio sit celebrata secundum stylum & observantiam fori Antwerpensis: ut, si aliquid omissum, vel dubiè positum, exinde decidatur. (13) Subscriptio vel ab ipsis Assecutoribus, vel à Proxeneti nomine ipsorum facta. Cùm autem ejusmodi instrumentum magnam efficaciam habeat, verba ejus sedulò ponderanda sunt. Decis. Genuens. decis. 120. n. 5. Dicitur enim habere vim Instrumenti Guarentigiat, quod paratam secum executionem habet: de quo instrumenti genere pluribus agunt Rittershus. in Nov. part. 9. cap. 24. n. 11. Ruland. de commiss. part. 3. lib. 3. cap. 15. n. 1. Befold. thes. præf. verb. Guarentigiatum Instrumentum. Diether. ibid. in addit. Carpzov. decis. 136. num. 17. § 20. Blume de pro. cess. Cameral. tit. 34. num. 20. 21. 22. Quo fine etiam vel coram Notariis, vel in libro publico solet confici, vel clausula addi, quòd eandem vim, si hoc non fiat, habere debeat, ac si factum fuisset. Hoc suitas & utilitas & necessitas

necessitas commerciorum, ne mercatores difficillimis probationibus & litium ambagibus innexi tempora & pecunias profundere, atque ita commercia sistere cogantur. Stypm. d. cap. 7. num. 420. & seqq. Marq. d. cap. 13. n. 68. Kurick. d. loc. pag. 10.

XXXI. Non existimo autem opus esse, ut ejusmodi instrumentorum formulas h̄c inseram; cū apud alios satis magnā copiā & ferē ejusdem tenoris extent. Vid. Ordinat. Regis Philipp. II. de Anno 1570 num. 35. ubi talem formulam reperies. Stracch. de assēcur. qui post introd. pag. 67. & seqq. juxta. edit. Amstelr. An. 1658. assēcurationis formulam, Anconæ usitatam, Italicè & Latinè exhibet. Scacc. qui d. §. 1. q. 1. n. 141. formulam assēcurationis habet, quā Genuenfes utuntur. Item formulam assēcurationis vitæ humanæ num. 142. quam cap. praeed. quoque allegavimus. Stypm. d. c. 7. n. 425. Loccen. d lib. 2. c. 5. n. 6. Marq. qui d. c. 13. n. 68. formulam assēcurationis, in foro seu Bœrsa Amstelrodamensi usitatam, proponit. Formula Antwerpiensis exstat in libro Belgicā singulā scripto de Juribus Nauticis, excuso Middelburgi An. 1637. pag. 80. & seqq. Quanquam verò assēcurationis contra-ctui, juxta Eruditissimum Stypmannum d. c. 7. n. 385, certa Pacta adjici possint, idque si in continentि fiat, actionem forment; si ex intervallo, exceptionem pariant: haud tamen eidem in eo adstipulari possum, quod pactum illorum adjectiōnēm ad formam assēcurationis essentiale referat. Accidentalī assēcurationis formæ seu Adjunctis ejusdem hæc pactorum adjectio potius erat annumeranda, quia illa pacta, pro lubitu contrahentium, assēcurationi adesse vel abesse possunt. Consistunt ista pacta plerumque, ut tradit Stypm. d. n. 385. in modificatiōne periculorum, in adjectiōne diei, temporis & loci, quousque & quamdiu assēcuratio valere debet.

XXXII. Coronidis loco. Quær. An navis vel merces in diversis locis possint assēcurari, ita ut de una eademque re duplex vel triplex assēcuratio fiat? Resp. distingu-

singuendo. Aut enim duplicita vel triplicata illa assicuratio processit ex fraude assicurati; aut non processit ex illa. Si ex fraude assicurati processit, ut hanc ratione, casu adverso contingente, bis, ter & ultra valorem navis vel bonorum assicuratorum acciperet; invalidae erunt istae assicurationes, nec assicuratus valorem rerum amissarum ab ullo assicuratore petere poterit. Si non processit ex fraude assicurati (ut quando hic veretur, ne primus assicurator possit valorem rerum assicuratarum solvere, ab alio de iisdem rebus assicurationem procurat; hoc fine, ut quanto minus a primo consecutus fuerit, id alter suppleat) tum prima assicuratio solum rata est, si scil. universis bonis assicurandis sufficiat; sin minus, residuum ex altera assicuratione praestandum est. Ordinat. Antwerpensi. art. 14. § 15. Ultimus autem assicurator tantum in aversione periculi participabit, quantum primus: sive damnum sive lucrum sit. Ordin. Amstelr. art. 23. Sant. part. 3. n. 55. Stracch. d. introd. n. 49. Et gloss. 3. n. 3. § 4. Ruland de commiss. part. 4. lib. 2. cap. 16. n. 2. Grot. Iag. ad jurisprud. Holland. part. 24. pag. 155. Loc. gen. d. c. 5. n. 8. Kurick. d. loc. p. 12. n. 4. § 5. § pag. 15. n. 16.

## C A P U T VI.

De

Affsecutionis Fine, Effectu, &  
Adjunctis.

## I.

**Q**UOD omne genus agat propter finem, illud ex Philosophia notum est. Sic agentia Naturalia ob certum agunt finem: astra ccelum circumeunt, ut lucem suam orbi comunicent, & tempora definiant; pluviae cadunt frugum causam; dentes animalibus nascuntur ad mandendum cibum; pili ad arcendum frigus. Sic agentia Sensualia non absque scopo aliquid agunt: cervus fugit, ut canum morsus evitet; tendit ad rivum, ut bibat; aranea telas egregie format ad capiendas muscas; formicæ ne hyeme fame pereant, grana in aestate colligunt; hirundo opus luteum semicirculari figurâ format, & celâ sub trabe figit, quod ibi pullos suos excludat; apes mellis favos aetivo tempore conficiunt, ut ipsis sit cibus hibernus; bombyces sibi in serico sepulchrum parant, ut postmodum, inde egressi, numerosam posteritatem post se relinquant. Sic denique & agentia Rationalia in suis actionibus ad finem aliquem collimant: finem enim suum sibi propositum habet miles, nauta, agricola, Politicus, Orator, Historicus, Mathematicus, Physicus, alii. Nec ergo Mercator absque fine aliquo quicquam agendum suscipiet. Et ex hoc principio sua sponte fluit, quod assurcantes sine certo scopo affsecutionem non contrahant, adeoque affsecratio ipsa non careat FINE suo, qui est securitas atque indemnitas assurcatur.

II. Dividitur autem affsecutionis finis (i) in finem Cujus, & finem Cui. Ille est securitas & indemnitas, quæ affsecurato praestatur. Hic est ipse affsecuratus, qui secu-

ritatem & indemnitatem ab assecuratore petit & impetrat.  
 (2) In finem Principalem & Minus principalem. Ille est idem,  
 qui finis Cujus. Cauti enim mercatores maris pericula  
 penitantes trutinantesque illud acutissimi Seneca dictum  
*lib. 5. Rhetor. Ludit*, dicentis, *de suis fortuna (rectius: di-*  
*vina providentia) muneribus: & quæ dedit, aufert, quæ ab-*  
*stulit, reddit.* Nam ut Idem alibi: *Momento*, ait, *mare*  
*vertitur, & ubi bodie laferunt navigia, cras sorbentur.* Horum  
 & similium, inquam, impigri negotiatores haud imme-  
 mores, sub assecurationis clypeo res suas infido pelago  
 concidunt, quòd, rebus illis pereuntibus, ipsi nihilomi-  
 nus securi sint atque indemnes. Minus principalis finis  
 est, decoctionis sive fallimentorum amotio. Si quidem  
 assecurationis asylum etiam ideo à Mercurii prole exstru-  
 etum, moribusque approbatum fuisse, ut decoctionis  
 ignominiosæ opprobrio viam intercluderet, nemo rerum  
 peritus inficiabitur. Licet enim iis, qui variis infortu-  
 niis casibus (non autem qui senevit, erupulis, luxu, &  
 delitiis aliorum nummos consumperunt) in hanc calamitatis  
 voraginem deturbati, rigidissimorum Creditorum  
 mole opprimuntur, adversus numellas & compedes,  
 quibus olim mancipabantur, Nomothetæ beneficia Ces-  
 sionis & Induciarum Quinquennalium indulserint: hone-  
 stius tamen & conducibilius esse, arbitrati sunt mercato-  
 res, principiis obstare, atque in tempore malo occurre-  
 re, quam post vulneratam causam remedium querere,  
 ut habetur in l. fin. C. in quib. caus. in integr. restit. necess. non  
 est. l. 1. C. quand. lic. unic. fine jud. se vind. nonnihil de lu-  
 cro cum assecuratore participantes, quam universa casus  
 adversi damna cum facultatum suarum pernie sustinen-  
 tes. Marq. d. c. 13. n. 78. § 79.

III. (3) In Proximum & Remotum. Ille coincidit cum  
 fine Principali: Hic est conservatio mercaturæ maritimæ  
 (potissimum) necessariò exercendæ. Ut enim hunc nihil  
 repeatam ex iis, quæ in prolegomenis de necessitate com-  
 mercii navalis prolatæ sunt; apponam hic saltem quæ  
 inter

inter Politicos nemini secundus Did. de Savedra *Idea Princip. Christiano-Polit. symb.* 68. de illa adducit, ea scil. quæ in prolegom. studio à nobis omessa sunt: Quando Venetas, inquit, & Genuam mercatus defecit & navigatio, fortitudinis exercitium eas defecit pariter, & maxima gloriarum & trophæorum occasio. Intra breves arenæ terminos, quæ nec ligone, nec aratro potest excoli; solis marinis opibus validissimos Batavia alit exercitus, & populosis tuetur civitates, tam sibi invicem vicinas, ut iis sustentandis fertilissimi etiam agri non sufficerent. Quamvis autem negotiationis marinae ingens sit necessitas, quemadmodum ex dictis liquet, propter varia tam & gravia pericula, quæ mercaturam navalem comitantur, otiosa illa toto anno sèpiùs jaceret, intermittereturque forsitan prorsus ab iis, quibus eam quam maximè exercere conveniebat: nisi sub assecurationis umbone res suas per mare evehere & revrehere liceret.

IV. Siquidem ergo per assecurationem assecurato securitas & indemnitas præstatur, decoctionis item initia via præcluditur, & ne commercia maritima penitus intercidant, præcavetur: frivolum atque insulsum judicamus opinamentum illorum, qui assecurationem, tanquam rem illicitam, traducunt. Contractus namque hic licitus nulloque jure prohibitus est, fit de re licita, modisque licitis, cedit in Reipubl. utilitatem, efficitque ut mercatores audeant merces suas ex uno loco ad alium cum majore securitate transportare. Tum, sicut fidejuncti permisum est, pretium fidejussionis accipere, ita & multò magis licitum idem est assecuratori, cùm is majoribus periculis subjaceat. Frequentatur insuper hic contractus ab Hispanis, Lusitanis, Venetis, Belgis, Florentinis, Genuensis, Anconitanis, Hanseaticis aliisque maritimis Civitatibus: & quidem tanto studio, ut omnigenæ eruditio latum ac vastum pelagus H. Grotius de J. B. & P. lib. 2. c. 12. n. 3. in fin. assecurationis contractum, olim vix cognitum, nunc inter receptissimos esse, dicat.

dicat. Susceptio quoque ista periculi simpliciter non facit conventionem istam illicitam, nisi alias sit illicita. Coniunge Molin. de J. & J. d. disp. 507. n. 3. ubi egregie fallitur, dum contra Conrad. disputans, divites non teneri laborare, inquit, ut pane suo vescantur: neque id eis praecepi Genet. III. Sed ibi esse denunciationem posse ob peccatum Adami, quod ipsi posterisque suis necessitate deinceps esset futurum laborare, ut terra necessaria ad ipsorum sustentationem eis suppeditaret. Nuge Scholasticae tanto Viro indigna! Item Lug. d. sct. 7. num. 93<sup>a</sup> Bonac. d. punt. 3. n. 2. Santer. de affec. part. 1. n. 5. & seqq. Strach. in introd. ad affec. n. 44. Zœl. ad ff. pro Soc. n. 21<sup>a</sup> Scacc. d. §. 1. q. 1. n. 129. & seqq. Christinæus vol. 2. de cij. cur. Belg. 101. n. 1. & 2. Ruland. de commiss. part. 4. lib. 2<sup>a</sup> c. 16. n. 1. Stypman. d. part. 4. c. 7. n. 731. & seqq. Locc. d. lib. 2. c. 5. n. 3. Hahn. ad Wes. π. de præfer. verb. num. 4<sup>a</sup> Marquard. d. c. 13. n. 2. & 3. Kurick. d. diatr. pag. 5.

V. Ficulnæum igitur est illud argumentum, quod adversarii ex Scholasticorum atque quorundam juris Interp. dictis petunt. Hi enim certis phrasibus aliquando in materia affsecrationis utuntur, dum ajunt: in hoc contractu fortunam admiseri: affsecrationem esse similem ludo, quia contrahentes fortunæ se committunt: hujus contractus lucrum & damnum pendere à mera sorte & fortuna. Ex hisce conantur colligere prædicti censores affsecrationem esse aleæ speciem, adeoque contractum omnibus interdictum. Verùm Resp. Aleæ vocem plures significations habere, inter quas duas eminent. Illaram altera est, quâ alea vel omne genus ludi fortuitum, vel in specie ac magis propriè tessellarum, taxillorum, &c. lusum complectitur. Hanc verò aleæ acceptiōnem minimè affsecrationi convenire, quilibet sanæ rei vel facti eventum, qui in arbitrio nostro non est, denotat. Quomodo sumitur in l. 8. ff. de contr. emt. l. 11. §. ult. ff. de att. emt. cum l. seq. ubi alea emi dicitur: velut cùm

cum futurum jactum retis à pescatore emeris; vel indaginem, plagiis impositis à venatore; vel pantheram ab auctupe. Nota, quod panthera hinc, juxta Budæum in suis annot. hoc loco sit retis genus, ex eo nomen habens, quod omnes aves concludat: eadem ferè ratione, quā Panagron, quod rete pescatorium est. Conf. Matth. Martin. Lexic. Philolog. verb. *Panthera*. Quod si quis hoc posteriori modo assēcutionem aleæ speciem nominare velit, non refragabimur. At inde non sequitur, assēcutionem propterea esse illicitam, alias etenim modò recentissimæ emtiones illicitæ quoque effent, quod adductis iuribus adversatur. Bella omnia erunt illicita, quia & illa species aleæ sunt (in posteriori scil. sensu) illorumque exitus anticipes: ut Vir eruditione præcellens Boxhornius in suis *Emblem*, *Politic*, embl. 1, pulchrè ostendit. Sortes omnes erunt illicitæ, quia (respectu nostri) ambiguus est illarum eventus: quod vel ex memorabili hoc Bohemorum exemplo manifestum. Hi enim, Authore Alb. Cranzio lib. 1. *Vandal*. cap. 17. Libussæ Reginæ virginis consilio, equum gradarium, superbè instratum, in campum eduxerunt, eo consilio, ut Rex ille regno, maritusque Reginæ sumeretur, apud quem ille quietè consisteret, de ferrea edentem mensa. Fortè Primislaus, fessus labore, in herba desiderat, versoque in mensæ usum aratro, cibo se reficiebat. Illi tūm adīstens Equus, suo iudicio regnum regiamque conjugem dedit. Ipsa navigatio erit illicita, cūm juxta istud Chori apud gravissimum poētam Senecam in *Med*. act. 2, canentis:

*Audax niminim, qui freta primus  
Rate tam fragili perfida rupit,  
Terrasque suas post terga videns  
Animam levibus credit auris,  
DUBIO QUE secans aquora CURSU,  
Potuit tenui fidere ligno.*

Quæ

Quæ omnia sunt absurdæ, spongiâque censoriâ delenda: non enim propter incertum exitum, quicquam illicitum fieri potest, quod per se est licitum.

VI. Straminea non minus est & illa argumentatio, quam ex c. fin. x. de usur. iidem desumunt. Non enim ibi agitur de assecuratione, sed de fœnore nautico & terrestri. Vel si admittere velimus, illic etiam de assecuratione agi, Resp. cum Scacc. d. q. 1. n. 129. in fin. Papam hīc non prohibere fieri assecurationem: sed prohibere solum, ne in fraudem usurarum it, qui mutuat, mutuarium ex obligatione præcedenti assecuret. Vid. & Sant. part. 1. num. 8. & seqq. ubi prolixè ad hoc cap. commentatur. Plura de eodem trademus infra, ubi de Fœnore Nautico agemus.

VII. Accedamus nunc ad assecurationis EFFECTA: quorum alterum est ex parte assecurati, ut præmium assecurationis assecuratori tradat: alterum ex parte assecuatoris, ut estimationem navis aut mercium, quæ perierunt, assecurato persolvat. Filliuc. d. tract. 37. cap. 1. Antequam verò hīc ulterius progrediamur, Amicum Letorem humaniter rogatum volumus, ut non sinistre interpretetur, quod deinceps brevius, quam haec tenus factum, ea, quæ restant, proposituri simus. Videmus etenim exercitationem hanc in grandem molem excrescere, ultraquæ disputationis carceres ferme se expandere: magnitudo igitur illius in sequentibus nobis moderanda, multaque omittenda, quæ alio tempore, Deo vitam & vires concedente, pleniū exhibebimus. Verum ē diverticulo in viam. Dividuntur assecurationis effecta in *Immediata* & *Mediata*. Illa sunt istæ obligationes, quæ ex contractu assecurationis inter assecuratorem & assecratum ex utroque latere nascentur, de quibus modò egimus. Hæc, sunt actiones & exceptiones, quas dictæ illæ obligationes pariunt.

VIII. Quænam autem actio in genere ex assecuratione competit, dubium est apud Interpp. Aliam com- miniscun-

miniscuntur illi, qui hunc contractum innominatum faciunt; aliam illi, qui eundem nominatum dicunt. Nos, priorum sententiā suo loco relitā, non tam propter argumentorum, quibus utitur, robur; quam ob insignem perspicuitatem & consonantiam, quas in hac materia adhibet Vir ingenii promptitudine, memoriae felicitate, & judicij dexteritate nemini secundus Franc. Stypmannus, in ejus causa concedimus, & quae ad scopum nostrum facient, ex ipso, alii tamen Dd. interim non planè sepositis, breviter excerpemus. Constat modò laudatum Stypmannum asscurationem facere contractum nominatum, in quo ei assentitur Joh. à Felden in annot. ad H. Grot. de J. B. & P. lib. 2. cap. 12. num. 23. qua de re inferius plura. Supposito jam, quod sententia haec tutior sit, statuendum erit, quod, sicut contractus ipse nominatus est, & specificis suis pactionibus ab aliis separatus & diversus; ita & nominata & propria ejus actio sit. Apposita verò hic accommodari possunt, quae aeternum disciplinæ juridicæ decus Reinh. Bachovius ad Treutl. vol. 1. disp. 23. tb. 1. lit. D. Et disp. 29. tb. 13. lit. G. de Emphyteusi afferit. Quod scil. non per Philippicam ordinationem nova obligatio introductory, sed contractus asscurationis à variis sententiis distinctus, & ejus pactions speciales demonstrantur sint. Sicut igitur in Emphyteusi non nova actio ex lege Zenoniana introductory; ita idem hic dicendum. Et sicut Emphyteusis ipsa & Actio emphyteuseos propria nomina habent, ita idem in asscuratione obtinet.

IX. Si autem queras: quale nomen actioni huic dari debeat? Resp. cum Stypm. d. c. 7. n. 458. & seqq. Cùm hic contractus novus nomen à negotio ei substrato acceptum, Actionem Asscuratoriam vocari posse, vel, si Latina vocabula mavelimus, Actionem Aversi Periculi. Duplex verò ea est, quia duplex ab utraque parte obligatio: altera Directa, quae competit asscurato; altera Contraria, quae datur asscuranti: diversa tamen intentione, sicut ex utriusque proprietate, quid eà petatur,

N

quomodo

quomodo & quando instituatur, quæ exceptiones illi op̄oni possint, & denique, quando cesseret, animadvertere licet. Prima verò actio asscuratoria seu aversi periculi competit Asscurato, ad obtinendum mercium deperditarum valorem. Quomodo actio hæc instituatur; quantum nata dicatur; quidque asscuratus ex sua parte facere & probare debeat; exponit Stypman. d. c. 7. n. 468. & seqq. Altera actio datur Asscuratori, quæ agit ad obtinendum præmium. Hæc quomodo sit proponenda; quo tempore intentanda; quæ in libello quoad probationem attendenda, declarat Idem d. l. n. 484. & seqq. Sicut autem Asscuratori datur actio, ita & Retentio eidem permittitur, si Asscuratus ab ipso petet valorem rerum amissarum, nec præmium exfolverit. Præter hæc potest in hac causa implorari officium judicis, ut ostendo instrumento seu Pollice statim executivè procedatur.

X. De Exceptionibus, huc spectantibus, in genere observandum, contra utrumque contrahentium omnes exceptiones tam Dilatorias, quæ litigantibus eò quod legitimam personam standi in judicio non habeant, vel ex defectu mandati, &c. opponuntur; quam Peremtorias, qualia sunt doli, metus &c. quæ partim ex contrariis asscurationi sumuntur, partim ex aliis juris articulis, hic obtinere. Possunt item in hac materia controversia decisæ, per Appellationem, ad Cameram devolvī: cuius rei exemplum extat in causa Roccha contra Coymann & confortes, atque Schott contra Dörtingunt. Ruland. de commiss. part. 4. lib. 2. cap. 16. n. 1. In specie verò à parte Asscurati exceptio est, si contra asscuratorem petentem præmium dicat, conclusa asscuratione, merces jam extra periculum fuisse. Contrà à parte Asscurantis una exceptio est, si asscurator dicat, merces bis fuisse asscuratas, asscuratumque jam earum valorem recepisse. Alia est, si excipiat, quod asscuratus asscuratorem in quantitate mercium fefellerit, dum pro mille tantum centum navi immiserit: & nihilominus reliquum pretii pete-

re

re audeat. Exceptionem autem non numeratae pecuniae, item Exceptionem non facti implementi locum hic non habere, demonstrat Stypman, d. loc. n. 512. & seqq.

XI. Idem n. 533. & seqq. occasione harum duarum exceptionum eruditè discutit nobilem illam quæstionem, propter quam Rutg. Ruland, consil. von Erledigung einer schweren in assecuration-sachen vorgestelter Frage. Alique Jcti in natura hujus contractus exploranda desudarunt. Quæstio illa talis est: An, conclusa assecuratione, & non numerato ab assecurato præmio, si interea navi vel mercibus fatale damnum obveniat; assecurator damnum resarcire teneatur? an vero ob non solutum præmium pœnitere idem possit? Resp. Stypm. n. 537. & seqq. Affirm. prius, Neg. posterius, assertive in medium rationes egredias pro sua sententia. n. 558. & seqq. allegat Rulandi, Jcti Anonymi & D. Stelleri argumenta. Hæc tela exar- mat num. 588. & seqq. Instantias adversariorum propo- nit n. 669. & seqq. Harum diluitionem adjicit n. 683. & seqq. quæ apud Authorem pro lubitu legi possunt. Nota interim, quod Marquard. d. c. 13. n. 16. spinosam hanc quæstionem, non tam ex regulis juris communis, aut natura contractus, aut etiam alterius cujusque stylo & confuetudine; quam observantia istius loci, in quo lis movetur, decidendam arbitretur.

XII. Properemus jam ad assecurationis ADIUN-  
CTA, quæ, qualis hic contractus sit; ex quo jure quæ-  
stiones circa assecurationis materiam occurrentes, deter-  
minari debeant; & quo tempore illa incipiat ac finiatur,  
ostendunt. Quod attinet contractus hujus qualitatem:  
an videlicet nominatus an innominatus; de eo, ut supra  
monitum, inter Jctos non convenit. Valida ab ultra-  
que parte stant rationes: facilius tamen est, eas destrue-  
re, quam fortiores reponere, quæ non eodem ariete,  
quo priores, prosteruantur. Non ergo opis est nostræ;  
inter tantos Viros:

tantas componere lites:

N 2

Cæsa-

Cæsareâ decisione illæ indigent, secundum Stypm. d. cap. 7. num. 23. & Marq. lib. 2. c. 12. n. 1. Alii assecurationem referunt ad contractus, quire constant: alii eam pro stipulatione habent: alii fidejussionem esse volunt: alii sub literarum obligatione contineri, ajunt: alii in formam emtionis venditionis transire, dicunt: alii locationi conductioni assimilant: alii societatem statuant: alii mandato æquiparant: alii denique contendunt, contractum hunc innominatum esse; quod, præter Authores à Stypm. d. cap. 7. n. 45. 46. 47. allegatos, etiam sentiunt Christin. decis. cur. Bulg. vol. 2. dec. 103. n. 4. Hahn. ad Wefemb. π. de præscript. verb. n. 4. ubi, Loccenium de jur. marit. lib. 2. cap. 5. num. 3. assecurationem pro contractu Facio ut des habere, affirmat: at, non satis attente Ampliss. hunc juris Anteccclorem illum d. n. 3. legisse, apertum est ex eo quod hanc sententiam, uti & alias Loccenius solam referat; nullam autem ex illis suam faciat, sicut patet cuius d. n. 3. inspicienti. Marq. lib. 2. cap. 12. num. 1. Struv. ad ff. exerc. 25. th. 46.

XIII. Has opiniones sigillatim resellit multoties laudatus Stypmannus d. c. 7. n. 58. § n. 203. § seqq. statuitque, assecurationem esse contractum Nominatum. Non quidem, ita pergit idem, quod præcisè necessum sit, ut ad unum ex illis contractibus, quos modò retulimus, referatur; sed quod suâ naturâ & propriis qualitatibus concret, & sicut reliqui, usu & necessitate humanâ exigente, nomen invenerit. Si enim jurisgentium pleraque conventiones nomen tacito consensu acceperunt, cur non idem potuit. Assecuratio à multis vel pluribus gentibus adipisci? Vel si à solis Romanis stipulatio potuit nominata conventione declarari, quis vetabat alios populos, ut assecurationi id tribuerent? Imò si Imp. Zenoni licuit Emphyteusin à locatione conductione, & emtione venditione separare, cur non Philippo II. Regi Hispaniarum post multas disputationes licere potuerit, Assecurationem ab emtione, locatione, vel aliis conventionibus nominatis ant

aut innominatis segregare? Est igitur, aut porro idem,  
Asscuratio contractus Nominatus, sed suis pactionibus,  
quibus à reliquis omnibus contractibus separatur,  
constans.

XIV. Hæc Styppmanni sententia profecto mihi valde  
arridet, non tantum quia erudita & solida; sed & quia  
dilucida, nec tot fluctuationibus immersa, quot reliqua:  
eius inconstantia exempla præbet Styppm. d. c. 7. n. 143.  
& seqq. Quodsi ergo alicui parti accedendum esset, li-  
bentius adhærerem Styppmanno, quam ceteris. Pro con-  
firmatione etenim sententia sua eruditas profert rationes,  
quas in compendio exhibebimus. Harum (1) est, quod  
hæc conventio propter utilitatem, quam generi humano  
præbet, sortita sit speciale nomen, à ceteris conventioni-  
bus specificè distinctum ac separatum, ita ut nulli alii  
conventioni applicari possit, sed statim ex illo nomine  
dignoscatur: quod certissimum signum est contractus no-  
minati, juxta subtilissimum Sutholt. diss. 12. apb. 40. (2)  
Quod nomen illud ex eadem ratione & modo acceperit,  
quo reliqui nominati contractus, qui obligationem pa-  
riunt & actionem, non propter nomen (cum id quiddam  
extrinsecum sit, reique accedat, Bacch. in p̄ḡt. ff. tit. de  
part. art. de contract. n. 3. pag. 566.) sed propter utilitatem  
conventionis & commercii. Utilitas enim; ceu refert  
modò laudatus Sutholt. d. diss. 12. n. 45. ex Donell. 12. com-  
ment. 9. fecit, ut conventionis esset in usu communi, usus  
peperit conventionis nomen, utilitas est causa obli-  
tis constituendæ, nomen est indicium. & nota ex p-  
licitute.

XV. (3) Si consideretur, quā ratione reliqua con-  
ventiones, jam existente publicā utilitate, nomen acce-  
perint, non alia erit, quam authoritas publica. Con-  
ventionibus enim juris gentium populi & gentes, usu &  
necessitate humana exigente, nomen dederunt: non qui-  
dem expressa aliquā lege, sed tacito usu, quia gentes il-  
la nomina usurparunt. Ceteris conventionibus nomina-

tis potuerunt cives in sua Republ. nomen attribuere. Sic Romani stipulationem, postmodum Impp. donationem, sponsalitiam largitatem, atque emphyteusin invenerunt. Quod igitur juris illis & aliis gentibus vel civibus licuerit, cur hodie non idem adhuc populis vel Rebuspublicis liceat? Sive igitur dicere velimus, assecrationem esse inventionem juris gentium; ideo quod omnes populi, qui culti & mercaturae maritimae notitiam habent, eam usurpent, & tacita quadam conventione receperint: Sive juris civilis; ideo quod Rex Philippus eam in sua ordinazione specialibus terminis & notis circumscripsit; perinde est, manet enim utroque modo, assecrationem appellari posse Contractum Nominatum, ab egregio nomine, quo ceteris etiam contractibus contradistinguitur. (4) Quod hic contractus in Statutis Antwerpiensibus tit. 24. von Contracter von Assurantien. specialem titulum sub qualitate nominatae conventionis acceperit. (5) Idem etiam Philippus Rex Hispaniarum in ordinatione sua, quæ postrem An. 1570. publicata, confirmavit, & simul accurate ejus pactiones, quibus à reliquis nominatis conventionibus distinguitur, expressit. (6) Quia Dd. qui de hoc contractu commentari sunt, in specialibus tractatibus & titulis hoc fecerunt. Sicut hoc factum à Santerna, Stracha, Rulando, Marquardo, aliis.

XVI. Quæ dissentientes his opponunt, diluit Stypm. d. l. n. 203. & seqq. ex quibus nos potiora dubia cum responsionibus feligemus. Objicitur. (1) Quod hic contractus juri Civili Romanorum fuerit incognitus. Rep. Non opus esse, ut Romanis fuerit cognitus. Potuit enim eo tempore, quo Romani rerum potiebantur, ejus utilitas hoc non exigisse. Sicut igitur illi pro sua utilitate, modò hoc modò illud in contractibus invenerunt, quod vel solum scenus nauticum docere potest: ita & reliquis gentibus idem licet. Nec solis Romanis permisum, contractum unum jurisgentium dicere, vel alium juris civilis facere, quin non in alio contractu idem liceat aliis gentibus

bus in suis civitatibus. (2) Quod hic contractus ex iure  
civili Romanorum nullum nomen habuerit. Resp. Nul-  
libi dicitur, quod Romani soli hanc potestatem habuerint,  
suo tempore contractum nominatum faciendi. Quod il-  
lis licuit, & hodie aliis gentibus in suis Rebuspubl. licet,  
Falsum etiam est, conventiones nominatas a jure civili  
Romano nomen accepisse. Jus gentium enim eas inven-  
tit, teste acutissimo Bachov. d. n. 3. pag. 567. & simul no-  
men tribuit, arg. l. 5. de J. & l. 7. §. 1. de paf. Pauci  
contractus sunt, quibus jus civile nomen dedit, &, si sti-  
pulationem exceperis, vix ullus. Quod igitur Romani  
suo tempore fecerunt, id egerunt postea Antwerpienses  
& Rex Philippus eadem potestate. (3) Quod Antwer-  
pienses sibi tantum aliquid statuere potuerint, & Rex Phi-  
llippus suis subditis. Resp. Concedimus, id verum esse;  
at nec Romanorum potestas ultra cives & subditos ipso-  
rum fuit. Deinde nequeunt Statuta Antwerpiensium vel  
Ordinationes Regis Philippi aliis populis aut civitatibus,  
ipsis renitentibus obtrudi; sed quum proprio motu, pro-  
pter insignem æquitatem & multiplicem utilitatem, quam  
dicta Statuta & Ordinationes continent, ea servare vo-  
lunt, ulterius extendi possunt. Sic enim ipsi Romani,  
ut eximum Reipubl. literaria ornamentum Jac. Gotho-  
fredus libr. de imp. mar. cap. 2. commonstrat, legem Rho-  
diam admirerunt, solius æquitatis respectu habito, non  
quod ea tenerentur. (4) Quod hic contractus ex con-  
fuetudine quarundam gentium originem habuerit, adeo-  
que innominatus sit. Ante statuta enim Antwerpiensia  
confecta, jam Ital & Hispani contractus hic in usu fuit,  
& hos subinde alii populi secuti sunt. Resp. Non omnes  
contractus, qui ex confuetudine gentium originem sorti-  
ti sunt, innominatos esse. Quod vel ex hoc contrac-  
tu, qui non nisi per nomen, quod ab Ital & Hi-  
spanis acceperat, aliis populis innotescere coepit.

XVII. (5) Quod nullus contractus simul possit esse  
juris gentium & juris civilis, atque ideo incertum maneat,

an hic contractus jurisgentium vel civilis sit. Resp. Falso sum esse, quod nullus contractus simul possit esse juris gentium & juris civilis. Aut enim consideratur illa conventionis indefinitè, simpliciter & generaliter; vel definitè & specialiter ad certam Rempubl. Priori casu est juris gentium; posteriori est juris civilis: sicut in simili casu de testamento factione distinguit doctissimus Sutholt. *diss. 7. apb. 5.* Deinde, hac de re principaliter non queritur, sed hoc deciditur, quod sive huic contractui *nomen* ex iure gentium, sive ex jure civili seu Statutis Antwerpianis adstruere velimus, ea sit nominata, & non innominata conventionis. (6) Quod certus sit contractum nominatorum numerus; adeoque assecuratio eis addi nequeat. Resp. Antecedens valde incertum esse, nec hoc negotia humana permittere. Neque potest probari, Romanos certum numerum contractuum nominatorum statuisse, quasi plures esse non deberent: &, si statuissent, nec illi ipsis quod minus mutare possent, nec aliae gentes ea lege tenerentur. Sicut igitur illi ipsis iure gentium conventionibus nominatis addiderunt stipulationem; ita similiter reliquis gentibus licuit assecurationem vel alium contractum addere. (7) Quod lites excrescant, si plures sint contractus nominati. Resp. Ridiculum esse hoc oppositum. Quasi verò ex contractibus innominatis non orirentur lites? & quidem plures: & quidem ideo, quod sine nomine vagam & incertam naturam habent. Quae de causa tam litigantes quam judex de eo longè dubitant & litigant, antequam ad controversiam primariam devenire possint.

XVIII. Si porrò quæras: Ex quo jure controversiae circa assecurationis materiam occurrentes determinari debeant? Resp. Non ex jure Civili Justinianeo; est enim hic contractus novus, Romanis legibus planè ignotus, unde nec ex iure communis regulis censi potest. Largimur quidem, eum ex volumine Justinianeo in multis illustrari posse, at ejus natura & controversiae ex eodem definiri

definiri nequeunt. Non enim ex una vel altera cum hoc vel illo contractu convenientia potest litium obortarum sumi decisio. Nullum etenim simile est idem. Dicimus ergo, illas decidendas esse ex Ordinationibus illis Regis Philippi, quas maritimus suis ordinationibus annexuit; ex Statutis florentissimorum Emporiorum, Antwerpiae & Amstelodami: ex aliarum maritimarum Civitatum praxi & observantia, praelestim si ea ubique par & uniformis sit: ex specialibus ac propriis loci aliquujus consuetudinibus ac statutis, si quæ sint; illa enim omnibus prævalent.

XIX. Imprimis autem jam à longo tempore reliquæ maritimæ civitates cœperunt ad cynofuram, Antwerpiae usitatam, se componere. Ita, ut toties, quoties hic contractus celebraretur, eum juxta stylum & consuetudinem fori seu Buriae, ut dicunt, Mercatorum Antwerpientium inirent. Hic verò mos, quo alter populus aut civitas alterius populi vel civitatis leges & consuetudines sponte recipit, seque illis accommodat, prisci jam ævi est, quemadmodum manifestum ex Romanorum exemplo, non longè antè relato. Ita & omnes Poloniae, Bohemiae, Marchiæ Misnensis & Lusatensis urbes, præter Hallas Saxonicas, jure Weichbildico Magdeburgensi ulla fuerunt, in dubiisque controversiis Hallas & Magdeburgum appellaverunt: refert id ex juris Weichbildici Authore famâ maximus Conringius in tract. de orig. jur. German. c. 29. Idem confirmat papali dignitate postea donatus Aen. Sylvius in descript. Europ. cap. 24. quod in decisione causarum circumvicina gentes ad jus Magdeburgicum recurrerint; tradens. Ita & juris omnis longè peritisimus H. Grotius in flor. spars. ad jus Justin. pag. 117. de L. Rhodia navaliter testatur, quod olim pro jure gentium in illo mari mediterraneo viguerit: sicut apud Trans-Rhenanos populos leges Wisbyenses. Sic & stupendæ letionis Vir Joh. Seldenus mar. claus. lib. 2. cap. 18. ostendit, Gallos leges nauticas ab insula Olorone accepisse. Add. Santern.

part. 3d

part. 3. n. 1. 2. 7. & 8. Stracch. gloss. 138. n. 4. Ruland. de  
commis. part. 4. lib. 2. cap. 16. n. 3. Stypm. d. c. 7. n. 731.  
& seqq. Loccen. d. cap. 5. n. 2. Kurick. d. diatr. pag. 7.

XX Ultimum quod spectat: Quo tempore scil. assecuratio incipiat & finiatur? Resp. Assecuratio initium habebit ab illo tempore, quo merces assecuratae ad navalia, aut scaphas, unde & per quas navi inferri debent, adductae sunt: durabit autem usque dum merces in destinato portu integræ & salvæ sint exoneratae, nisi' aliud convenierit. Ordin. Amstelr. art. 4. Debet autem exoneratio mercium illarum, quæ illesse in portum devenerunt, quam primum & ad summum intra quindecim dies fieri; nisi necessaria obstacula (quæ tamen probanda erunt) interveniant. Grot. d. 15ag. part. 24. pag. 154. Quodsi verò assecuratio ab uno portu ad alium facta sit, nullà mentione injecta bonorum in terram exonerandorum: tūm assecuratio illa inchoatur à tempore impositarum navi mercium; & finitur, quando destinatum portum navis ingressa est, ibidemque per viginti quatuor horas salva constituit. Ordinat. Philipp. II. art. 13. Hoc eo fine inter mercatores observari, probabile judicat celeberrimus Loccenius d. c. 5. num. 9. quia navis in ipso quoque portu vel ostio periclitari, ut dicitur in l. 4. de L. Rhod. de jaſt. & aliquando damnum pati potest, secundum illud Propterii lib. 3. eleg. 6.

- fallit portus & ipse fidem.

Ducentas ferme naves in ipso portu Tiberis violentia tempestatis Neronis tempore absumvit. Facit. annal. 15. c. 18. Hinc ad diem & noctem pro damno in portu, donec merces in salvo sint, Ordinationes caveri voluerunt. Stracch. gloss. 13. pr. num. 1. & 2. Stypm. d. cap. 7. n. 407. & seqq. Loccen. d. loc. Kurick. d. loc. pag. 16.

## CAPUT

## C A P U T VII.

De

Assecurationis Affinibus &  
Opponitis.

## I.

**J**ucundum valde atque amoenum est, Sympathia & Antipathia exempla, per universum natura campum parfa, attentiori oculo contemplari. Tantò enim major nos subit admiratio, quantò illarum effectus sunt evidenteres, causæ verò obscuriores. Magnes ad se trahit ferrum; corium suo loco relinquit: vites amant ulmum; brassicam oderunt: olea, decerpta manu virginem, & plantata, uberes fructus producit; plantata autem à matre, sterilescit; serpenti amicitia est cum vulpe; inimicitia cum cervo: ferox taurus fico alligatus, domatur & mitescit; at, si nares ipsius imbuantur odore rosarum, vertigine concidit: haud raro mulier, quæ catellum in sinu suo alit, felem adeò aversatur, ut ex hujus prætentia hypothymia corripiatur: morsus canis rabidi hominem radiosum reddit; at aqua fluminis, si homo morsus in continenti ei totus aliquoties immergatur, à rabie eum immunem præstat: manus adusta igni si admoveatur, curatur; si aquæ, non item: pedes frigore congelatos si igni applices, nihil efficies; sed si gelidis eos teras nivibus, aut frigidis immittas aquis, pristino restituentur vigori. Summatim, mundus, ut sapienter Veterum quidam dixit, constat ex amicitia & inimicitia. Quid mirum ergo, quod asscuratio etiam sua habeat Affinia & cognata: quod item habeat sua Opposita & contraria? AFFINIA illius sunt Fœnus Nauticum & Sponsones inter mercatores usū receptæ. De Oppositis agemus inferius,

O 2

II, Illu.

II. Illustris illa Pharús, quæ venturis nepotibus omnigenā eruditioñe præluxit, H. Grotius de *J. B. & P.* lib. 2 c. 12. n. 5. affirmat, Fœnus Nauticū mixtū quid esse ex contractū mutui, & periculi averſi. Magna ergo est affinitas inter periculi aversionem seu assecurationem & fœnus nauticū. Fœnus autem unde dicatur, de eo lis est inter Authores. A. Gellius *Noct. Attic.* lib. 16 c. 12. Fœnus à fœtu & quasi à fœitura quadam pecunia parientis arque increſcentis (ut Græci *tōnōv*, ἀπὸ τῆς τιττεν dicunt) nominatum putat: quæ etiam Varro, Feski, & Nonii Marcelli sententia est. Orbis verò illud miraculum Salmasius de *usur.* cap. 2. putat à Græco *ποῖος*, quod idem vallet quod *πων*: quæ vox non tantum poenam, sed etiam mercedem & pretium significat. At consummatus in omni literarum parte ævi nostri Varro G. J. Vossius in suo *Etymologic*, verius existimat, Fenus dici ab obsoleto Feo, unde Fenus, Fecundus, Femina & Femur derivantur. Quænam autem ex his sententiis pro accusationi habenda sit, de eo iudicium nostrum hæc vice suspendimus. Conf. Vinn. *selec. jur. quest.* lib. 2. c. 9. & Kurick, *ad jus marit.* Hans. tit. 6. pr. Fœnus autem Nauticū hīc non solam ſemper uſuram nauticam, ſed ſapientius ipsam fortem ſimil designat: ut modò laudatus Salmasius d. loc. ex probatis authoribus jureque civili probatum it. Nauticū verò vocatur hoc fœnus, quia trans mare vehitur. Alijs vocatur uſura maritima, uſura nautica, mutuum marinum, pecunia trajectitia, pecunia nautica, creditum marinum: Græci dicitor *διεισποντα ναυτικόν* & *ἴδοντος*: Germani appellant Bodmirey. Rittersh. in expos. Nov. part. 3. c. 11. n. 1. Stypm. de *jur. marit.* part. 4. cap. 2. num. 125. § 126. Kurick, d. loc. Quomodo autem fœnus ab uſura diſferat, videre eft apud Bach. ad Treutl. vol. 2. d. 2. th. 2. lit. a. Salmasi. d. c. 2. Stypm. d. c. 2; n. 29. & ſeqq. Vinn. d. cap. 9.

III. Fœnus Nauticū deſcribitur, quod sit uſura trajectitia pecunia, quam creditor, recepto in ſe dubii eventū

eventus periculo, alicui hæc lege tradit, ut si pecunia vel  
merx trajicienda pereat, nihil reddendum veniat mutu-  
anti, si vero salva ad locum destinatum transvehatur,  
tum & ipsa fors reddatur cum convento augmento. *l. t.  
b. t. l. fin. C. eod.* Alias definitiones seu descriptions sce-  
neris nautici, sed eodem ferè residentes, invenies apud  
Wissenb. ad ff. part. i. disp. 42. thes. 27. Et ad C. b. t. sta-  
tim ab init. Loccen. de jur. marit. lib. 2. cap. 6. n. 2. Perez.  
ad C. b. t. num. 1. Struv. ad ff. exerc. 27. ib. 72. H. Grot.  
d. isag. part. ii. scenus nauticum Belgicæ ita definit: *Bob  
merie is getleening, waer van den uytcleener t' gevaer  
loopt van de see.* Dividitur Fœnus in Terrenum seu  
Terrestre & Nauticum seu Marinum. De priori hæc ni-  
hil attinet dicere. Posterior subdividitur in Proprium &  
Improprium seu Quasi nauticum. Proprium jam decla-  
ravimus: Improprium est, quod creditor à debitore re-  
cipit, propter mutuatam sub periculo pecuniam, extra  
navigationis negotium: seu, ubi pecunia periculo qui-  
dem creditoris, non tamen trans mare vehenda, mutuò  
datur. Hoc improprium fœnus non sine ratione impu-  
gnat Heidelbergensis Academiæ sol quondam clarissimus  
Bach. ad Treut. v. 2. d. 3. tb. 2. lit. b. Malè enim fœnus  
nauticum improprium nauticum aut quasi-nauticum ap-  
pellatur; cùm nullo modo nauticum sit.

IV. Melior divisio seu distinctio fœnoris nautici ex  
verbis Jul. Pollucis lib 8. *μεγάλων πατέρων* cap. 12. colligitur:  
quòd nempe aliud sit Heteroplum, aliud Amphoteroplum.  
Illud est, cùm creditor tantum commeatūs seu  
abitūs periculum in se recipit. Hoc, cùm idem & re-  
meatūs seu redditūs casus adversos suo periculo esse jubet.  
Illud certum navigationis tempus & locum relipit:  
Hoc totam navigationem, qua in eundo & redeundo  
consistit, complectitur. Hinc Græcis duo sunt nautica-  
rum pecuniarum genera, *ἐπερποντολοι* & *ἀπερποντολοι*: prio-  
ra ad solum itum; posteriora ad itum & redditum spectant  
Treutl. vol. 2. d. 3. tb. 2. Rittershus. d. c. ii. n. 3. Stypm.

d. c. 2. n. 33. § seqq. Sithm. in π. ad ff. b. t. Wiss. ad C. b. t. Locc. d. cap. 6. num. 2. § 7. in fine. Marq. l. b. 2. c. 8. n. 62. § n. 82. Kurick. d. loc.

V. Potest autem fœnus nauticum juxta Jus Commune ab omnibus promiscue vel accipi, vel dari. Kurick. d. loc. ad art. 1. Et licet idem ut plurimum in numerata pecunia consistat; si tamen merces ex ea pecunia comparatae sint, ex quo ipsa periculo creditoris navigent, ex convento enim in illis fœnus nauticum consistere potest. l. 1. de naut. fœn. Stymp. d. c. 2. n. 18. § 1eqq. Loccen. d. c. 6. num. 4. Kurick. d. loc. pr. Expressa vero conventione opus est, ut tortuitum maris periculum creditor suscipiat; alioquin, si absque hac expressa conventione pecuniam, vel quodvis aliud, prius, quam ad locum destinatum veniat, casu aliquo perire contingat, perit Debitor, l. 2. § ult. C. b. t. Conventio autem illa fieri potest non tantum per stipulationem, sed & per pactum nudum, ex quo hoc fœnus non minus debetur, quam ex stipulatione, l. 5. in fin. § l. 7. h. t. Welenb. in π. b. t. n. 1. ibique Hahn. Tulden. ad C. b. t. Zœl. ad ff. b. t. n. 1. Schotan. in exam. jurid. b. t. quest. 3. Perez. ad C. b. t. n. 4. Marq. d. c. 8. n. 66. Struv. ad ff. exerc. 27. tb. 72. Kurick. d. loc. pr.

VI. Quod vero licitum sit, fœnus nauticum exercere, liquet ex eo, quia nec Divino, nec Naturali, nec Civili, nec Canonico jure id prohibitum. Tum etiam naturali rationi conveniens est, ut incommoda & periculum lucrum aliquod comitetur, l. 10. de R. J. Id quod ipse summus gentium Doctor Paulus 2. Cor. VIII, 13. approbat, dum ita vult uni esse relaxationem, ne alii affligio sit. Præterea, datur haec usura non tam propter usum pecuniae, quam propter ancipitia maris pericula, quæ ferè infinita sunt. Modicum quoque est, quod pro compensatione tantorum periculorum offertur: & quæ sunt similes rationes, quas nunc præterimus. Opponunt quidem Dissidentes hic, quæ contra usuras in genere ex

ex modò dictis juribus moveri solent. Verùm ea refutare, vel ostendere, uturas simpliciter & absolutè proscriptas haud esse, non est hujus loci. Strenuè id præstiteré Viri sanctissimis moribus & rarà admodum eruditio-  
ne supra alios eminentes: quos inter est Andr. Rivetus  
præf. in Exod. XX. 11. Cartwigt. in Prov. Salom. XXVIII. 8.  
Ames. de C. C. lib. 5. cap. 4. H. Grot. de Jur. B. & P. lib. 2.  
cap. 12. §. 20. & seqq. Ibiique Graswinckel. in strictur. ad  
censur. Joh. à Felden. ad d. ubr. H. Grot. Spanhem. D. E.  
part. 3. dub. 127. Selden. de J. N. & G. juxta. discipl. Ebreor.  
lib. 6. cap. 10. Salinal. lib. 3. de fœn. trapez. & de usur. c. 18.  
Wehner. in observ. pract. verb. jñsp. Bachov. ad Treutl. v. 2.  
d. 3. tb. 1. lit. b. Idem ad Wœjenb. n. de usur. n. 6. & seqq.  
Ibidemque Hahn. num. 5. Jac. Macstert. de just. L. R. lib. 2.  
dub. 20. & 21. Wissenb. ad ff. part. 1. d. 42. n. 3. Brandmyll.  
in manuduct. ad J. C. & C. differ. USURARUM CRIMEN.  
pag. 698. & seqq. Marq. d. lib. 2. c. 8. n. 32. & seqq. Peller.  
d. loc. cap. 3. in addit. pag. 454. & seqq.

VIII. Alterum telum, quod contra nos torquent Ad-  
versarii, desumunt ex o. fin. x. de usur. ubi, disertè scenus  
nauticum interdici, ajunt. Resp. Capitulum hoc in spe-  
ciem quidem pro illis videri pugnare; at, re exactius in-  
spectâ, non deesse responsiones, quibus hoc telum in  
adversarios retorqueatur. Alii verba hujus cap. intelligi  
volunt de simulato aliquo contraactu. Alii de vano peri-  
culo, quod prætextitur tantum, ubi vel nullum pericu-  
lum, vel ubi lucrum ipso periculo majus est. Alii, de  
navigatione, que fit in fluvio, ubi nullum periculum est;  
non de maritima. Alii inquiunt, Pontificem hic non re-  
probare factum in se, tanquam usurarium, sed propter  
factum assuecationis luscipendæ, sub quo tantum vole-  
bat mutuari creditor, ut liberius haberet lucrum, quod  
est grave debitori, qui malebat pactum omittere, & pe-  
riculum in se suscipere, servatis sibi usuris. Vid. Covar-  
ruv. variar. resolut. lib. 3. tom. 2. cap. 2. num. 5. Zœl. ad C.  
b. t. quest. 1. Et ad ff. b. num. 3. & 4. Perez. ad C. b. t.

num. 6.

num. 6. Loccen. d. cap. 6. num. 3. Kurick. quest.  
illuſtr. 24.

VIII. Nobis præ aliis conciliationibus placet illa Fa-  
chinæi controversi. lib. 2. c. 48. quam etiam amplectuntur  
Tulden, in C. b. t. Stypm. d. cap. 2. n. 281. & seqq. Brand-  
myll. in manuduct. ad J. C. & C. differ. NAUTICUM FOE-  
NUS. Nempe deest in hoc capitulo particula negativa  
NON, uti ex contextus serie apertum. Legendum ita-  
que h̄c, usurarius non est censendus. Si enim negationem  
tollis simul connexionem sensus sustuleris. Dicitat quo-  
que idem ἀκολθία sequentis casū per verba: Ille quoque  
non debet usurarius reputari, &c. Hæc enim copula Quoque  
indicit similem, non contrarium, præcedenti calum pro-  
poni. Alioqui enim opus fuisset particulâ adversariā,  
At, Quamvis, similiv. Et si autem hec conciliatio omnium  
optima sit, eam tamen repudiat Zœsius d. loc. ad ff. n. 4.  
ubi dicit, ipsam quidem esse subtilem, & posse vero vi-  
deri propiorem, attamen divinatorm, JCto minimè  
dignam, cum omnes textus affirmativè legant. At verò,  
quam facili negotio exscriptorum culpâ particula illa non  
è textu perire potuit. Nonne in aliis præstantissimis au-  
thoribus, imò & in jure Civili idem læpissime contigit?  
Verùm diutius explicationi hujus capituli inhærere nolo,  
cum vel experientiâ constet, moribus omnium gentium,  
quin & in ipsis Ecclesiæ Romanæ terris capitulum hoc  
omnino abrogatum esse, uti monet Paul. Busius,  
ad ff. b. t.

IX. Postremò afferunt judicia Plutarchi de Catone  
Censorino, & Laërtii de Menippo, quæ extant in hor. vit.  
De Catone ait Plutarchus, eum sc̄enore, maximè impro-  
bato, nautico usum esse. In Menippo autem carpit Laërtius,  
quod nauticâ usurâ sc̄enerari solitus fuerit, ut mul-  
tas dvitias cumularet. Hinc dicunt, constare, quām  
odiosum ipsis Ethnici fuerit sc̄enus nauticum: tanto ergo  
magis à Christianis detestandum & vitandum esse. Reip.  
Plutarchus non om̄q; sc̄enus nauticum simpliciter impro-  
bat;

bat; sed respectu tantum utensis, cuius intuitu fœnus illud Catonis vocat διαβελημένος, i. e. indecorum seu in honestum. Non enim omnia, quæ licent honesta sunt. l. 44. de R. J. Nec propterea res quævis, et si per se licita, per quascumque personas exerceri potest: alia Privatos, alia Magistratum, alia Plebejos, alia Philosophos agere convenient. Damnavit igitur Plutarchus in Catone non absolu te omnem fœnoris rationem, in trajectitia pecunia consistentem; verum modos tantum, quibus Caro in fraudem legis nauticæ in hoc fœnore acquirendo utebatur, quosque Stypm. d. c 2. n. 290. & seqq. luculenter repræsentat. In primis Plutarcho in tanto viro indignum vixum, quod tam acerbus esset exactior, & captis pignoribus, ad solvendum debitores cogeret: qua de re conferri potest Salmasius de mod. usur. c. 9. Quantum ad Menippum, in eo Diog. Laertius non in genere omne fœnus nauticum vituperavit; sed nimium fœnerandi studium, diurnum sive diarium præcipue illud fœnus nauticum, per quod pecunias cogere posset: id quod in Philosopho, pecuniarum & opum contempore, non ferendum. Kurick quest. illufr. 24. Nullus igitur huc est dissensus inter Ethnicos & Christianos.

X. Cæterum moris est creditori de pecunia trajectitia caveri sub conditione, vel nudo pacto, vel per stipulationem, aut syngrapham aut pignoribus & hypothecis, vel mercibus in nave pignori datis, tam ratione sortis creditæ, quam usurarum debitarum, l. 4. 6. 7. denaut. fœn. l. 122. §. 1. de V. O. Hac tamen cautio, nave ante conditionis eventum pereunte, aut non salvâ in portum veniente, extinguitur, d. l. 6. b. t. Deficiente etenim obligatiōne principalī, deficiunt quoque ejus accessiones. Locc. d. c. 6. n. 7. & Kurick. d. loc. in proæm. Incipit autem periculum pecunia nauticæ ad creditorē pertinere ex eo die, ex quo navem navigare convenit, l. 3. b. t. Finitur idem juxta modos conventionis, quatenus à creditore periculum suscipitur, vel ad certum portum, l. 1. C. b. t. vel ad certum diem, l. 23. de O & A. l. 4. l. 6. b. t. Nov. 106, vel ad

certam conditionem, d. l. 4. § 6. b. t. vel ad abitum non reditum, arg. l. 3. C. b. t. vel ad redditum non abitum, arg. l. 1. b. t. vel denique ad omne navigationis tempus, tam ad abitum quam reditum l. 122. §. 1. de V. O. l. ult. b. t. Finito vero periculo, cessat etiam commodum, ratione periculi percipiendum, l. 4. b. t. Quod nempe non majores, sed tantum communies seu ordinarias usuras creditor accipiat, l. 1. § 2. C. b. t. Quoties enim aliquid tribuitur propter causam, ea deficiente, juris quoque beneficium deficit, arg. l. 98. de R. J. Conf. Rittershus. d. l. n. 2. Stypm. d. c. 2. num. 98. § seqq. Locc. d. c. 6. n. 7. Perez. ad C. b. t. n. 5. Wiffenb. ad C. b. t. circ. fin. Struv. d. loc. tb. 73. Kurick. d. loc. in pr. Notat autem Loccenius d. c. 6. n. 11. quod, postquam navis salva domum redierit, debitori indulgentiar viginti dierum induciæ, ad distrahendas merces & conficiendam pecuniam, quam creditoribus suis una cum usuris solvat. De poena pecuniæ trahitæ, quæ infligitur, si debitor post diem periculi mortuum necat in solvendo, vid. Stypm. d. c. 2. n. 163. § seqq. Locc. d. c. 6. n. 10. Kurick. d. princ.

XI. Diximus supra, quod, si navis scilicet nautico obligata sine culpa debitoris casu fortuito, perierit, id periculo creditores sit, ex eo die, quo navem ad definitum locum navigare convenit. Idem lege Rhodiâ & Atticâ customa fuisse, observat doctissimus Salmasius. de mod. usur. c. 5. Periculum igitur creditoris est, si scilicet absit culpa debitoris. At si facto vel culpâ debitoris navis submergatur, vel publicetur, vel fisco addicatur propter merces illicitas navis impositas, vel navis convento tempore non naviget, vel infueto itinere utatur, vel aliò quam debet naviget, vel debitor vele ligal fraudet; tum ad debitorem non ad creditorem pecunia trahitæ periculum pertinet, l. 3. C. b. t. Regulariter enim damnum casus fortuiti ad eum pertinet, per cuius culpam venit, l. 5. §. 4. commod. vel potius desinunt hinc casus esse fortuiti, quia provideri & evitari potuerunt ac debuerunt. Christlin. vol. 3. decis. cur. Belg. dec. 47. n. 5. Tulden. ad C. b. t. Locc. d. c. 6. n. 9. Schot. exam. jurid. b. t. quæst. 4. Hahn. ad

ad Wels. π. b. t. n. 2. Perez. ad C. b. t. n 4. Brunneman. ad C. b. t.  
 ad l. 3. Kurick. d. princ. Quod attinet quantitatem usuræ,  
 quæ in pecunia trajectitia obtinet: sciendum, quod ante  
 tempora Imp. Justiniani nautici tœnoris quantitas apud Ro-  
 manos nullis legibus definita, sed semper libera fuerit, us-  
 que ad infinitam usurarum licentiam; teste Iolo Paulo l. b. 2.  
 sentent. tit. 14. de usur. §. 3. Trajectitia pecunia, inquiete, pro-  
 pter periculum creditoris, quamdiu navigat navis, infinitas usuræ  
 capere potest. Ad hunc locum scribit ita Anianus Interpres:  
*Trajectitia pecunia; quia maris periculo committitur, in quantas  
 convenerit usuræ, hanc pecuniam dare creditor potest.* Imp. verd  
 Justinianus, l. 26. §. 1. C. de usur. ultra centesimam (v. gr. ut  
 non plures quam unus imperialis singulis mensibus, atque  
 ita duodecim imperiales pro centum imperialibus toto an-  
 no præstentur; centesima enim ita dicta est, quod sit fortis  
 centesima pars, quæ usurarum loco singulis mensibus sol-  
 vitur, & in hoc exemplo est unus imperialis) pacisci vel ac-  
 cipere prohibuit. Postea tamen idem Nov. 106. quasdam  
 pactiones in scenore nautico usu receptas, approbat. qui-  
 bas contrahentes excedeant usuram centesimam. Hanc  
 Novellâ 110, iterum abrogâsse, & ad centesimam, secundum  
 d. l. 26. C. de usur. reduxisse, communis est Interpp. qui in  
 Novv. commentati sunt, sententia. Hinc Gloss. in d. l. 26.  
 C. de usur.

*Discant Illustres, stipulari posse Trientes,  
 Et Mercatores sibi possunt querere Besses,  
 Querere Semisses possunt communiter omnes;  
 In Trajectitiis, vires Centesima sumit.*

Confer. Rittersh. d. loc. n. 4. 5. 6. § 7. Bachov. ad Wensb. π.  
 b. t. num. 3. Gudelin. de jur. noviss. lib. 3. cap. 3. Schotan. exam.  
 iurid. b. t. quæst. 2. Sithman. in π. ad ff. b. 1. Wissenb. ad C. b. t.  
 Perez. ad C. b. t. num. 2 § 3. Struv. d. th. 73 Peller. in addit.  
 ad Polit. sceler. impugn. c. 32. pag. 346. § sq. Kurich. de tit. 6. princ.

XII. Dissentient hinc Salmasius de mod. usur. cap. 9. &  
 Stypmannus d. cap. 2. cap. 250. & seqq. negantes, Imp. Justinia-  
 num

num in d. Nov. 110, centesimam de novo constituisse, vel d. l.  
26. §. 1. C. de usur., in usum revocasse, sed modum, quem iis  
usuris usque ad centesimam imposuerat, renovasse; resti-  
tuisseque antiquam licentiam, in quantas quis vellet usurias  
pecuniam trajectitiam paciscendi ac mutuo dandi. Hæc  
eruditissimi Salmasii sententia licet subtilis videri possit; at-  
tamen ut id quod res est dicam, veritati planè congrua est:  
eamque confirmat, (1.) quod pericula maris nimis multa  
sint, (2.) quod navigatio lœpe diu durare possit, (3.) quod  
creditor metuere cogatur, ut sortem cum usuris perdat, (4.)  
quod Salmasio & Stypmanno hodierna praxis adstipuletur.  
Hodie enim non observatur quantitas fœnoris nautici, à  
Justiniiano præscripta, sed ex conventione pacientium de  
periculi præstatione ad certum locum, quo navigaturi sunt,  
vel ad tempus præstitutum usuræ variare possunt; ita ut,  
habitâ ratione temporis navigandi, locorum, ad quæ navi-  
gatio dirigitur; & periculi, quod suscipitur, maiores aut  
minores usuræ præstentur. Adde Vinn. innot. ad Wef. π. b.  
pot. num. ult. Schotan. d. quest. 2. lit. a. Loccen. d. cap. 6. n. 5.  
Wifsenb. ad C. b. t. ubi Grot. & Grœnev. consentientes  
allegat, Marq. d. cap. 8. num. 66.

XIII. Oritur autem ex credito marino condicō certi,  
quæ communis mutuo & stipulationi actio est, Bach. ad  
Treutl. v. 1. d. 20. th. 10. lit. a. ad repetendam sortem cum usu-  
ris, post finitum periculum. Cū enim fœnus hoc stipu-  
latione communiter constituatur, non potest illud alia,  
quam stipulationis actione peti. Quænam verò actiones ex  
paecto dentur, quando nempe usuræ hæc paecto promissæ sunt:  
exponit Stypm. d. c. 2. n. 302, & seqq. ubi aliquando Condi-  
tionem certi; aliquando Conditionem ex lege creditori  
competere, afferit. Assimilatur denique huic fœnori nau-  
tico singulare fœnus Nauticum, apud hodiernos mercato-  
res valde usitatum, quod BODMÉRIA seu Bodmery vo-  
catur; eò quod quasi in fundum, qui Germanis Boden di-  
citur, sive in carinam auf den Ryl, pecunia hæc pro more  
trajicienda detur, & non nisi salvâ navi reddatur, perdita  
autem

autem navi & carinâ dissipata, simul evanescat. Carina  
verò synechdochice hic sumitur pro tota navi. Kurick.  
comm. ad jus marit. Hans. tit. 6. in prafat. Definit Bodmeriam  
hanc Stypm. d. part. 4. cap. 4. num. 55. quod sit mutuum ad  
usum navis datum sub usuris majoribus, privilegium exi-  
gendi pariens. Paulò aliter eam describit Besold. in thes.  
præf. verb. Bodmar, scilicet ita: Bodmeria est singulare fœ-  
nus nauticum mercatorum, quo sub spe majoris lucri certa  
pecunia summa persolvitur navis Patrono hoc pacto, ut  
salvâ navi sors cum fœnore reddatur, reliquo interea sibi  
hypothecæ loco navigii fundo, quo perditio & capitale in-  
terit. De hac conventione fusè & eruditè agit Stypman-  
nus d. cap. 5. ubi demonstrat, qualis ea sit, num. 43. & seqq.  
an juri civili cognita, n. 60. & seqq. in quibus casibus locum  
habeat, n. 65. & seqq. quinam enim inire possint num. 93. &  
seqq. & quis ejus sit effectus num. 136. & seqq.

XIV. Quarit insuper Stypman. d. c. 3. n. 56. & seqq. An  
qui in Bodmeriam pecuniam creditit, tacitum pignus habeat?  
Resp. Idem, creditorem hunc habere non tam tacitum pi-  
gnus, quam privilegium exigendi, in quo præcipuus hujus  
conventionis effectus consifit. Privilegium autem exigendi,  
pergit idem, nihil aliud est, quam personale jus, quod ex  
beneficio legis competit iis, qui creditoribus chyrographa-  
riis præferuntur. tot. tit. de privil. credit. junct. tit. de reb. auth.  
jud. pass. Bach. ad Treutl. vol. 2. d. 24. th. ult. lit. e. Hoc verò  
non consifit in eo, sicut Rubrica arguit; ut creditor rem  
ipsam tanquam hypothecam persequatur, sed ut eâ venditâ,  
in pecunia ipse potior sit. Quær. (2.) An quis tacitum pignus  
in navi habeat, si pecuniam ad eam reficiendam creditit?  
Resp. Stypm. d. c. 5. n. 25. & seqq. Neg. quem vide, ut & idem  
sentientes Donell. de pign. c. 5. Bachov. de pignor. & hypoth. lib.  
4. c. 9. & 12. Grudelin. de jur. noviss. lib. 4. cap. 18. Vinn. selec<sup>t</sup>,  
jur. quæst. lib. 2. cap. 4. Perez. ad C. tit. in quib. caus. pign. tac. contr.  
n. 12. Quær. (3.) An magister navis pro lubitu fœnus nauti-  
cum sumere, & navem obligare possit? Resp. neg. Aut enim  
id sit eo in loco, in quo degunt exercitatores; Aut in pe-  
regrinis

regrinis locis. Priori casu exercitatorum consensu vel maa-  
dato opus est, Jus marit. Hanseat. tit. 6. art. 1. Posteriori casu  
certis cautionibus adhibitis, id eidem licet, Jus marit.  
Hans. d. loc. art. 2. Jung. Stypm. d. c. 5. n. 95. & seqq. Locc. d.  
c. 6. num. 8. Kurick. ad dd. loc. jur. marit. Hanseat.

XV. Quær. (4.) An novissimum instrumentum pecu-  
niæ nauticæ præteratur aliis similibus instrumentis in concur-  
su plurium diversi temporis creditorum; cum scil. Navarchus  
in peregrinis locis, ad navis vel mercium conservationem,  
pecuniam nauticam mutuò accepit, atque hypothecam cre-  
ditori tradidit? Resp. Affirmant id Vinn. ad Feck. pag. 94 &  
95. Stypm. d. c. 5. n. 150. & seqq. Locc. d. c. 6. num. 8 Marq. d.  
cap. 8. n. 78. Negant idem, teste Locc. d. loc. jura maritima Da-  
nica art. 68. Statuta Dantiscana part. 3. c. 3. art. 19. Statuta Ham-  
burgensis part. 2. tit. 18. art. 2. Kurick. quæst. illustr. 25. Quær.  
(5.) Quid juris sit, si diversi creditoris pecuniam nauticam  
dederint non nautæ, sed mercatori, sub obligatione merci-  
um, quibus navim onerarunt? Resp. Inter eos nullum jus præ-  
lationis, ratione temporis, locum habere, sed omnes pares  
haberi, & simul concurrere. Atque ita Amstelrodami in Ca-  
mera foenoris nautici servari, testatur Vinn. d. pag. 95. Add.  
Locc. d. n. 8. Marq. d. c. 8. n. 79. Kurick. d. q. 25. in fin. Quær.  
(6.) An si navis pereat, exercitatores teneantur pecuniam  
cum usuris creditoribus reddere? Responsionem videatis apud  
Stypm. d. c. 5. n. 193. & seqq. Oritur, ex hoc contractu actio  
quasi-Serviana seu hypothecaria, quâ quis pignus suum  
persequitur. Idem d. loc. n. 198. & seqq.

XVI. Accedimus nunc ad secundum, quod cum affec-  
tione affinitatem colit, nempe ad Sponsionem (Germanis  
das wetten, Hispanis apuesta, Gallis gageure, Belgis weddinge)  
contractum inter Mercatores frequentem. In magnis enim  
Civitatibus mercatores sœpe ita concertant: promitto tibi  
decem, si hoc menle finiantur comitia; si hic vel ille ut bem  
obfessam ceperit, si Sempronius senator fuerit; si naves In-  
dicæ intra tres menses advenient; si gravida masculum pa-  
riet, &c. Definitur igitur Sponsio ab aliis, quod sit promissio  
quædam reciproca, quâ quis perdendo obligatur, vel pecu-  
niam

niam, vel aliud quid solvere. Ab aliis: quod sit contractus, in quo duo de veritate, vel eventu alicujus rei contendentes, sibi vicissim aliquid spondent, ut id ejus sit, qui veritatem fuerit asssecutus. Nolo autem nunc me in hac materia diffundere, sed, indicatis saltem authoribus, quos omnes meā manū ipse evolvi, quæque mihi commoda inde excerpī, extre mo digito in tabella demonstrare, quænam hīc proponenda essent. Si enim Jehova vires & vitam concesse rit, eam pertractabo unā cum materiā de Alcatoribus, Urna Fortunæ, Torneamentis, Ludo Schacchio, ludo Pilæ & similibus: quam disputationis Inauguralis loco primū elegeram, sed ob gravissimas causas postmodum deserui.

XVII. De Sponsionis itaq; Etymologia & Homonymia vid. Calepin. *diction. voc. sponsio* Calvin. *Lex Jurid.* ibid. Martin. *Lexic. Philolog.* ibid. Stracch. *de mercat. tr. de spons. part. 1. n. 1.* & seqq. Goedd. in l. 7. ff. de V. S. n. 16. An autem liceat pondere, & quæ legitimarum sponsionum sint requisita: de eo disputation Mol. de J. & J. tom. 2. tract. 2. disp. 508. n. 1. Sanchez. in consil. tom. 1. lib. 1. cap. 3. dub. 32. n. 2. Dian. in resolut. moral. part. 7. tr. 9. resol. 61. & seqq. Bonac. *theol. moral.* tom. 2. tr. de restitut. disp. 2. quest. 3. punt. 1. n. 18. Lugo de J. & Jur. part. 2. disp. 31. sest. 6. n. 73. Stracch. d. loc. part. 3. n. 1. Heig. in quest. jur. Civ. & Sax. part. 2. quest. 10. n. 53. & seqq. Christin. vol. 2. decis. 198. n. 1. & decis. 199. n. 2. Grivell. in decis. Senat. Dolan. dec. 57. Kekerm. curs. Philos. disp. 28. problem. 48. Amel. de casib. conscient. lib. 5. cap. 45. quest. 2. Scheffer. quest. jur. practicab. part. 1. quest. 3. 4. Joh. à Sande in theatr. Præt. lib. 3. cap. 9. defin. 1. Thom. Herbaj. libr. singul. ver. quotid. cap. 1. Bernegger. in Tacit. Germ. quest. 133. Tulden. ad C. tit. de aleat. n. 3. Perez. ad C. eod. tit. num. 9. & 10. Stypm. de jur. marit. part. 4. c. 6. n. 60. & seqq. Wiff. ad ff. part. 1. disp. 23. tb. 18. Brandmyll. in manuduct. adjus C. & C. diff. SPON-  
SIO NON EST LICITA. Struv. ad ff. exere. 5. tb. 58. alii.

XXVIII. An porrò sponsio licita sit circa vitam, mortem vel creationem Imperatoris, Papæ, aut circa promotiōnem Cardinalium; de eo disquirunt Sant. tr. de aſſec. & spons. mercat. part. 2. num. 7. & seqq. Stracch. d. tr. de spons. part. 4. sum. 1.

n. 1. 7. 8. summ. 3. n. 1. § 2. Dian. d. loc. resol. 67 Bonac. d. pum. 1. Filliu. in Synops. theol. moral. tr. 37. cap. 2. Christlin. vol. 2. dec. 200. n. 14. Grivell. de decis. 57. n. 27. Tulden. ad C. d. n. 3. Frandmyl. d. l. pag. 480. Perez. d. l. n. 10. Item: An valeat sponsio: si Turcicus Imperator morietur, aut occidatur: de eo agit Santer. d. loc. par. 2. n. 14. § 15. Grivell. d. decis. 57. n. 30 Perez. d. loc. n. 10. Præterea: An valida sit sponsio super fomina aut masculo ex hujus vel illius uxore nascituro: & si fortè hermaphroditum uxor pareret, cui infans comparandus sit: de eo consule Sant. d. part. 2. n. 17. Stracch. d. part. 4. summ. 12. n. 1. Christlin. vol. 2. decis. 200. n. 5. Tholos. in Syntagma. jur. lib. 23. cap. 3. num. 6. Joh. à Sande d. defin. in fin.

XIX. Vtterius: An licita sit sponsio, quā quis alterum in edendo vel bibendo provocat: vide Stracch. d. part. 4. summ. 7. Christlin. d. decis. 200. n. 18. Ames. d. c. 45. q. 1. n. 1. An ex sponsonibus aliquid in judicio peti possit, exponit Wehner. in observ. pratt. voc. wetten. § in Suppl. ead. voc. Leonin. consil. 21. Christ. d. decis. 220. n. 1. Joh. à Sande d. defin. 1. in fin. Carpz. in pratt. rer. criminal part. 3. quest. 134. n. 32. Quænam autem actio hinc detur, id invenies apud Stracch. d. part. 4. sum. 15. Tholosan. d. cap. 3. n. 6. Gœd. add. l. 7. n. 14. Stypm. d. c. 6. n. 82. § seqq. Befold. in thesaur. pratt. voc. wetten. Hahn. ad Wes. π. tit. de aleat. n. 4. in fin. An in sponsione locum habeat remedium l. 2. C. de rescind. vendit. de eo confer. Stracch. part. 4. sum. 13. Ant. Thesaur. quest. forens. lib. 2. q. 19. n. 4. § 5. Herbarj. d. loc. cap. 2. n. 14. § seqq. Nota hic insuper, quod de sponsionibus Mercatorum in specie scripsierint Santerna & Straccha. dd. ll. quibus jungas Hering. de fidejuss. cap. 18. n. 45. Scheffer. d. q. 34. Speidel. in specul. voc. wetten. Stypm. d. c. 6. n. 60. § seqq. Exempla sponsionis in Veterum scriptis habes apud Homerum Iliad. 23. Plautum in Pseudol. act. 4. scen. 6. Theocrit. eudyll. 8. Virg. eclog. 3. Senec. lib. 3. controv. 6. Macrob. in Saturnal. lib. 3. cap. 15. & Ciceron. passim.

XX. Memorabilia verò imprimis sunt haec tria. Primum est illud Asclepiidis Medici, de quo metaphoricè loquens Plin. nat. hist. lib. 7. cap. 37. ait, eum sponsione facta cum fortuna, ne Medicus

Medicus crederetur, si unquam invalidus ullo morbo fuisset ipse, victorem evasisse; quod supra in senecta, non morbo aut ægritudine, sed lapidu scalarum examinatus fuerit. Alterum est illud Antonii & Cleopatrae, de quo ita idem Plin. d. loc. lib. 9. cap. 35. Cleopatra, cum exquisitis quotidie Antonius laginaretur epulis, superbo simul ac procaci fastu, ut regina meretrix, lautiam ejus omnem apparatusque obtrictans, quid adstrui magnificentiae possit, respondit, una se cœnâ centies H-S (id est. ducentos quinquaginta mille aureos, juxta computum Christin. vol. 2. deceas. 200. n. 5) absumpturam. Cupiebat discere Antonius, sed fieri posse non arbitrabatur. Ergo sponsonibus factis, postero die quo iudicium agebatur, magnificam alias cœnam, ne dies periret, sed quotidianam Antonio apposuit, irridenti, computacionemque expostulanti. At illa, corollarium id esse, consumpturamque se eâ cœnâ taxationem confirmans, solamque sexcenties H-S (i. e. quindecim centum mille aureos Christin. d. loc.) cœnaturam, inferre mensum secundam jussit. Ex præcepto ministri unum tantum vas ante eam posuere aceti, cuius asperitas visque in tabem resolvit margaritas. Geiebat auribus cum maximè singulare illud & vere naturæ unicum opus. Itaque expectante Antonio, quidnam esset actura, tractum alterum meruit, & liquefactum absorbut. Injectit alteri manum L. Plancus, judex sponsonis paranti quoque simili modo absumere, vietumque Antonium; pronunciavit Postremum est illud Xenocratis cum Laide valde notabile, de quo ita Acron in Horat. Fuit Xenocrates Philosophus continentissimus, de quo Laïs sponsonem fecerat, ut eum ad suos sollicitaret concubitus. Nocte ergo quâdam terrem finxit, & confugit ad eum, & quasi necessitate coacta cum eo mansit; ille verò immobilis jacuit. Post dum sponsonem solvere cogeretur, respondit: Ego de homine, non est statua sponsonem feci. Erras, erras. Æ bestia Laïs, hoc enim non est statuam esse; sed mortuum esse peccato. Et hic quoque Xenocrates idoneus est, ad multorum Christia-  
norum ~~luxuriam~~ & luxuriam de novissimo condemnandam.

**XXI.** Jam eandem ad assecurationis **OPPOSITA**, quæ breviter subjiciemus. Sufficit hic autem ex materia obligationum generaliter repetere, quod, quæ alii contractibus obstant, & hic locum habeant. Talia sunt (1.) error. (2.) vis & metus. (3.) dolus. (4.) læsio ultra dimidium: quæ tamen an in assecuratione obtainere queat, & an ob eam rescissio detur juxta l. 2. C. de rescind. vendit, de eo diversimodo tentiunt Sant. de aff. part. 5. pr. n. 1. & seqq. Stracch. introd. ad aff. n. 48. Scacc. d. f. i. q. i. n. 132. Ruland. de commiss. part. 3. lib. 3. c. 15. n. 2. Stypin. de jur. marit. part. 4. c. 7. n. 720. & seqq. Denique sciendum, quod, si assecurator sit factus malæ fidei, ejus contractui renunciari, & de integro cum alio contrahi possit. Loccen. de jur. marit. lib. 2. cap. 5. n. 8.

Hæc sunt, H. L. quæ de Assecuratione hâc vice propo-  
nenda judicavi. Novisti autem mecum, inter ærumnas mor-  
talitati à Jehova impositas, esse mentium caliginem & er-  
randi necessitatem: omnis quippe homo mendax; ita ut Tul-  
lio interdum Demosthenes, Quintiliano Tullius, & Home-  
rus Horatio dormitare videantur. Veteres item Ctilialii alios  
refellunt, & Imperatores ab Imperatoribus corruguntur.  
Cùm itaque humanum nihil à me alienum existimem, fa-  
cile patior atque exopto, ut quivis erroribus meis (Horat.  
de art. poët.) allinat atrum

*Transverso calamo signum*

Non me magis puebit errores corrigerre, quam puduit gravissimum Hippo-  
nensum præfulem Augustinum, vel illumine Jurisprudentiæ conditorem Ju-  
stiniacum, vel summum Medicorum principem. Hippocratem errata sua re-  
vocare atque retractare. Inprimis cùm adè pauci de nobili hac materia liter-  
aris inethodice quicquam tradiderint: qua de re conquerentur Sant. de affec-  
tus. part. 1. n. 1. Ruland. de commiss. part. 4. lib. 2. c. 16. num. 1. Marq. de jur.  
Mercat. lib. 2. c. 13. n. 4. Si lapis in citandis Ordinationibus Antwerpianis  
libus, Philippi II. Regis Hispaniarum, vel statutis Amstelrodamensis; id fa-  
ctum, quia hisc illorum compos fieri haud potui: habui tantum Ordinationem  
Regis Philippi de ann. 1570. & statutum Amstelrodamense de ann. 1603: ex  
Ampliss. Joh. Marquardi Documentis Mercalibus: reliquarum ordinationum  
& statutorum fides pendet ab allegatione eorum authorum, qui ea loca vel  
pro se vel contra alios produxerunt. Sed portum feliciter, ut spero, in-  
gressus, vela complico.

M. O. A.

ITA PEPTA

( 123 )

## ΠΑΡΕΡΓΑ.

1. Imperator Germanus Papæ subjectus est: Papa Imperatori Germano subjectus est.

2. Bona Ecclesiastica in profanos usus converti possunt: Bona Ecclesiastica in profanos usus converti non possunt.

3. Jus naturale reperitur in brutis: Jus Naturale non reperitur in brutis.

4. Defensio sui est hominibus communis cum bestiis: Defensio sui non est hominibus communis cum bestiis.

5. Bella non sunt ex jure Naturali; Bella sunt ex jure Naturali.

6. Lex Naturæ apud omnes gentes non est eadem: Lex naturæ apud omnes gentes est eadem.

7. Lex Regia non est sophisma politicum Triboniani: Lex Regia est sophisma politicum Triboniani.

8. In jure Justinianeo non occurunt Antinomiae: In jure Justinianeo occurunt Antinomiae.

9. Germania tenetur jure Publico, à Justiniano præscripto: Germania non tenetur jure Publico, à Justiniano præscripto.

10. Tres sunt Vicarii Imperii Germanici: Duo sunt Vicarii Imperii Germanici.

11. Vsuræ in jure Canonico prohibentur: Vsuræ in jure Canonico non prohibentur.

12. Parentum consensus in contrahendis liberorum nuptiis non est necessarius de jure Canonico: Parentum consensus in contrahendis liberorum nuptiis est necessarius de jure Canonico.

13. Consuetudines Feudales non sunt jus scriptum: Consuetudines feudales sunt jus scriptum.

14. Mare clausum est, ita ut in feudum dari possit: Mare liberum est, ita ut in feudum dari nequeat.

15. Dantur Sagæ: Non dantur Sagæ.

16. A'quarðeξ (sive eruptio sanguinis ex vulnere occisi, suspecto occitore praesente,) est indicium ad reum torquendum; A'quarðeξ non est indicium ad eum torquendum.

17. Sacramentum militare violent illi milites, qui, contra fidem Magistratui datam, in extrema necessitate nolunt igne impulverem pyrum injecto, se & arces vel naves ipsis concreditas, una cum hostibus & hostium navibus perdere: Sacramentum militare non violent illi milites, qui, contra fidem Magistratui datam, in extrema necessitate nolunt, igne in pulvrem pyrum injecto, se & arces vel naves, ipsis concreditas, una cum hostibus & hostium navibus perdere.

18. Miles capite damnatus jure Militari testari potest: Miles capite damnatus jure militari testari nequit.

19. Ratio Statū & Eminens Dominium sunt eadem: Ratio Statū & Eminens Dominium non sunt eadem.

20. Majestati politice competit architectonica potestas circa sacra: Majestati politica, non competit architectonica potestas circa sacra.

21. Non dantur principia practica nobiscum nata: Dantur principia practica nobiscum nata.

22. Puellam ad venientem osculo salutare, est contra regulas castitatis: Puellam ad venientem osculo salutare, non est contra regulas castitatis.

23. Viro eruditō erudita uxor non est ducenda: Viro eruditō erudita uxor est ducenda.

24. Polygamia est licita: Polygamia est illicita;

25. Petrus fuit Romæ: Petrus non fuit Romæ.

26. Fœminam Johannam fuisse Papam, est fabula: Fœminam Johannam fuisse Papam, non est fabula.

27. C. Jul. Cæsar justè fuit interfectus: C. Jul. Cæsar injustè fuit interfectus.

28. Sceptrum Liliorum Gallicorum, cadit in colum & fusum: Sceptrum Liliorum Gallicorum non cadit in colum & fusum.

29. Christus non est crucifixus horā tertią: Christus est crucifixus horā tertią,

30. Septem-

30. Septemvirale Electorum collegium non est institutum seculo XIII: Septemvirale Electorum collegium est institutum seculo XIII.
31. Paradysus terrestris ubi fuerit, non ignoratur; Paradysus terrestris ubi fuerit, ignoratur.
32. Regio Ophir, ex qua Regi Salomoni aurum aliæque res pretiosæ allatæ sunt, sita est in India: Regio Ophir, ex qua Regi Salomoni aurum aliæque res pretiosæ allatæ sunt, sita non est in India.
33. Astrorum numerus est in certus; Astrorum numerus est certus.
34. Astra non moventur: astro moventur.
35. Cur in Camera obscura res extra illam existentes depingantur in papyro aut linteo candido, opposito foramini ad fenestram factō, ejus ratio reddi potest: Cur in Camera obscura res extra illam existentes depingantur in papyro aut linteo candido, opposito foramini ad fenestram factō, ejus ratio reddi non potest.
36. Specula istoria, chartam & linteum subito exurunt: Specula istoria chartam & linteum non subito exurunt.
37. Melius est alas cortinis incumbere perpendiculariter: Melius est alas cortinis incumbere oblique.
38. Praestat habere fossas aquā non repletas: Praestat habere fossas aquā repletas.
39. Aqua quandoque amittit frigus suum: Aqua numquam amittit frigus suum.
40. Homo non habet tres animas realiter distinctas: Homo habet tres animas realiter distinctas.
41. Datur aliqua distinctio rationis: Nulla datur distinctio rationis.
42. Non datur aliquod medium inter Ens & Nihil: Datur aliquod medium inter Ens & Nihil.
43. Universalia non existunt: Universalia existunt.
44. Plurimi sunt modi solvendi fallacias: Unicus est modus solvendi fallacias.

Q 3

45. Anima

45. Anima rationalis non habet suam sedem in cerebro: Anima rationalis habet suam sedem in cerebro.  
 46. Angelos esse, rationibus demonstrari nequit: Angelos esse, rationibus demonstrari potest  
 47. Finis Artis Oratoriae est, persuadere: Finis Artis Oratoria non est, persuadere,  
 48. De affectibus non est agendum in Rhetoricis: De affectibus est agendum in Rhetoricis.  
 49. Literarum inventio Adamo non est tribuenda: Literarum inventio Adamo est tribuenda.  
 50. C. Corn. Taciti stylus est obscurus: C. Corn. Taciti stylus non est obscurus.

---

RESPONDENTI NOBILISSIMO  
 IN PUBLICI EMOLVMENTI EGREGIA  
 LABORE IMPETV INEXHAVSTO  
 GEMMIS SVRGENTIVM ALIS  
 PRÆCLARE ENITENTI  
 ADDIDER VNT  
 BENE PRECANTES.

**D**Vm Pietas sacro tua pectora robore fulcit,  
 Ac imples raris ausibus ingenium,  
 Dilataatque suos contempta angustia sensus  
 Incedens Themidos nobilore viâ;  
 Haud luitare potes, penetras in publica, torpor  
 Hunc illum teneat, te tenuisse nequit:  
 Hunc illum cogat, tumidos detrudat in artus,  
 Impete submisso sollicitatus ovas.  
 Hinc, ille trepidant ale, queis horrida noctis  
 Murmure conclusum noctua dejiciat.  
 Hic dicat, sed dicat & hic me fucus alebat.  
 Obscurique lares poma secunda dabant.  
 Dicat Tarpejo cornix in culmine sedi,  
 Funereos fundo nunc gravi ab ore sonos;

Egret.

*Egredieris laetus, te vincula nulla morantur,  
 Nec ventrem exploras credulitate manus.  
 Id facinnt minimi, melior sapientia mimos  
 Negligit, & patitur despiciere domi.  
 Te non ambitio præceps, te gloria famæ  
 Extrahit, & voto candida vota rogat.  
 Purpurei celebrent Patres tua justa, serenis  
 Auspiciis crescit quicquid ubique meum.  
 Se tibi Nestorei concedat gratia mellis,  
 Quo capias summi dona suprema gradus.  
 Sol comitare diem nostra sub voce futurum  
 Solemnam, laudem laus comitare novam.*

IACOVS BRANDMYLLERVS.

## II.

*Sic secura Themis, vigilis quæ nectere curæ  
 Serta velit capiti, rite locata tuo  
 Diva probè contenta, tibi sed iniquior ipse  
 Altius excelsos scandere vis animos.  
 Non metæ, non ulla quies, studiumque sciendi  
 Pallidulis ipso proditur ore notis.  
 Nil quicquam, quod non didicit mens impigra; si quid  
 Nesciat, hoc unum est, quod satis, esse satis.*

*Nobilissimo Clariss.*

**DN. MEIERO,** Bremensi,  
 I. V. C. de assecurationibus disputaturo,  
 pauca hæc cum fausta gratulatione &  
 voto felicitatis omnigenæ adjecit.

**M. PETRVS WERENFELS,**  
 Ecclesiæ Basileensis in summa æde  
 Administer.

III. EPI-

( 128 )

III.

EPIGRAMMA  
ad

*CLARISSIMVM VIRVM*  
**MATTHIAM MEIERVM,**

Phabiranum, I. V. C. Amicum suum  
Magnum, publicè de Assecurationibus  
disputatarum.

**D**Vm tua securas reddit modò pagina merces,  
*Pagina Cælestes dicere digna Deos,*  
*Maximus Interpres Divim, mirabile dictu,*  
Indiger eloquio, Docte Mejere, tuo.  
Æquora fracta silent. Geticis qui præsidet arvis,  
Bistonium subigit pagina docta Deum.  
Numina bina domat per te Cyllenius Ales.  
Sic tres magnanimos opprimis ore Deos.  
Anuit ipse Cliens. Posthac tibi nuntius, ingens  
*Esto patronus*, ait, Jupiter Alme, meus.  
Lingua filet, tanto mea jura loquente Patrono,  
Mecuriusque tuus redditur Harpocrates.  
Cedire Caufidici, tantum quâ Numina vincunt  
Vietaque nunc poterit vincere voce reus.  
Sic gladium virgamq; aliud premit, sic una tridentem,  
Regia Sceptra Deum, penna, Mejere, domat.


DANIEL SPANHEMIUS.

F I N I S.

67315

X2428117

VD 17





MATTHAEI MEIERI  
ICTI BREMENSIS  
DE  
**ASSECVRATIONIBVS  
MERCATORVM**  
TRACTATVS  
DENVO EDITVS.



BREMAE  
E BIBLIOPOLIO SAVRMANNIANO.  
M DCC XXXIX.